<36610195710014

NOVA
SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
a

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN,
Eminentiss. ac Celsiss. Archi-Episcopi Princ. Elect. Moguntini Consiliario Ecclesiastico &c. Insignis Ecclesiae Colleg. B. M. V. ad Gradus Decano &c.

TOMUS TERTIUS.



HEIDELBERGAE,
SUMTIBUS TOBIAE GOEBHARDT,
MDCCLXXXII.

LECTORI AMICO SALUTEM IN DOMINO!

Epocha hic ſiſtitur ſigillorum penſilium; cum retro omnia fuerint adglutinata et ex *Chriſtiani I.* Archipraeſulis diplomate an. MCLXXI. Collegiatae *B. M. V. ad Gradus* pro Coena Domini celebranda conceſſo ſigillum penſile et ex altero ejusdem anni Monaſterio *S. Ruperti* juxta *Bingam* tradito adglutinatum conſpiciatur et ſequentibus Annis ſigilla omnia vel ad fila ſerica vel ad preſſulas pergamenas pendeant. In ſigillo *Conradi I.* ſecunda vice ad ſedem Moguntinam vocati inſcripta occurrunt verba: SABINENSIS EPISCOPUS; quem titulum ab Archi-Epiſcopatu ſuo avulſus *Romae* obtentum uſque ad obitum retinuit. *Sifridi ſecundi* ſigillo

 addito

addito vox est SANCTE *) Maguntine sedis deinceps in hisce inscriptionibus semper adhibita. Reliqua observatu digna suo quaeque loco dabimus.

*) *Sanctitas*, titulus Episcoporum honorarius, hic sedi Episcopali adjecta. Charta inter instrumenta *T. 6. novae Galliae Christianae col.* 13. Anno Dominicae Incarnationis 906. sub Indiction. IX. Conventus factus est sanctorum Episcoporum apud *Barchinonem* civitatem etc. *Alvarus in vita S. Eulogij presbiteri et Martyris num.* 12. Omnes namque sancti Episcopi, non tamen omnes Episcopi sancti.

Caeterum probe notandum venit, nostras sigillorum inscriptiones successive ampliatas esse sicut illas Regum et Imperatorum. In his enim legimus: HLUDOVVICUS REX. CHUONRADUS REX. Dein: OTTO DEI GRATIA REX. Denique HEINRICHUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS. Tandem: FRIDERICUS DEI GRATIA IMPERATOR ROMANORUM SEMPER AUGUSTUS. etc. etc. etc. videatur *Ratisbobona Monastica, part.* 2. *Tab.* V. VI. etc.

XV.

XV.

SIGILLUM *CHRISTIANI I.* ARCHIEP. MOG.

ab anno MCLXIV – MCLXXXIII.

Archi Epiſcopus mitratus, pallio ornatus, in faldiſtorio ſedens, dextra pedum, ſiniſtra librum clauſum tenens. Mitra ab illa *Arnoldi* (nro XIII.) multum differt. Inſcriptio: † CRISTIAN. DI. GRA. MAGUNTINE. SEDIS. ARCHIEPC. Sigillum praeſens documento ſub nro V. ADPENDET et illud, quo roboratur documentum ſub nro VI. ADGLUTINATUM; utrumque eodem anno datum eſt.

Sequuntur argumenta Diplomatum Chriſtiani.

I. *Chriſtianus I.* Eccleſiam et Decimas in *Olmena inferiori* ad ſublevamen canonicorum *S. Nartini* concedit. FINIS: ut autem hoc verius credatur et ſemper inviolabiliter conſervetur, preſentem inde paginam ſcribi et ſigilli noſtri impreſſione injunximus premuniri. . . . Datum in Epiſcopatu Faventino apud *Scm Proculum* anno Dominice Incarnationis MCLXVII. . . . *de Gudenus T. I. p.* 254.

II. *Godelindis* uxor *Salemani* omnia bona ſua legat monaſterio *S. A.ani.* DESINIT

ut autem hec omnia evis omnibus inconcuſſa et inconvulſa permaneant, preſentem chartam ſigilli noſtri impreſſione . . . fecimus communiri . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXVIII. . . Data *Magoncie* . . XIIII. Kalendas Aprilis. *Joannis T.* 2. *pag.* 753.

III. *Chriſtiani* A. M. reverſales ſuper eo, quod, cum ipſe aliquando in curte Erbacenſis monaſterij *Birken* hoſpitationis divertiſſet gratia, id non jure ſed precario factum fuiſſe. FINIS: ut autem hec omnia ſupradicta evis omnibus rata et inconvulſa permaneant, preſentem cartam conſcribi fecimus in teſtimonium et ſigilli noſtri impreſſione firmari . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLXX. . . Data *Maguncie* . . XVI. Kal. Febr. *de Gudenus T. I. p.* 258.

IV. *Ejusdem* traditio cathedratici *Henrico* Praepoſito *Aſchaffenburgenſi*; ubi quoque de itinere ipſius in *Graeciam.* DESINIT: ut hec conceſſio firma et inconvulſa permaneat, preſentem cartam conſcribi fecimus et ſigilli noſtri impreſſione firmari. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLXX. Indict. III. . . . *de Gudenus Tom. I. pag.* 260.

V.

V. *Christianus* A. Canonicis collegiatae *ad Gradus* largitur quot annis XX. ſolidos ad celebrandam coenam Domini. DESINIT: ut autem hoc verius credatur et ab omnibus inviolabiliter obſervetur, preſentem inde paginam ſcribi et noſtro ſigillo fecimus inſigniri. Datum *Maguncie* Anno Dominice Incarnationis MCLXXI. V. nonas Auguſti . . . *Joannis Tom.* 2. *pag.* 648.

VI. *Idem* concedit monaſterio montis *S. Ruperti* litteras immunitatis de bonis in Archi Epiſcopatu ſitis. DESINIT: Hujus actionis conteſtativam paginam noſtri impreſſione ſigilli roboravimus . . . Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLXXI. Indict. IV. . . *ex impreſſo dicti Monaſterij p.* 20.

VII. *Idem* conſentit, cum *Bertholdus* Praepoſitus jus patronatus Eccleſiae Beckelheimenſis concedit collegio *ad gradus*. FINIS: hanc cartam fecimus conſcribi et impreſſione ſigilli noſtri inſigniri. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLXXI. Indictione IIII. . . *Joann. T.* 2. *p.* 647.

VIII. *Ludovicus* Thuringiae Landgravius erga Collegium *S. Stephani* beneficus. FINIS: ut autem hec caritatis opera et diſpenſacio intuitu utilitatis admiſſa rata et inconvuſa permaneat, hanc cartam

 con-

conſcribi et impreſſione ſigilli noſtri juſſimus inſignari. . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXI. Indict. IIII. . . *Joann T. 2. p. 520.*

IX. *Christiani* Conſtitutio de praebendis vacantibus, ut duobus annis cedant Eccleſiae Aſchaffenburgenſi. FINIS: ut autem hec inſtitucio plena noſtri aſſenſus auctoritate convaleſcat et omni evo rata et inconvulſa permaneat . . hanc paginam conſcribi juſſimus et noſtri ſigilli impreſſione . . ſignavimus . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo LXXI. Indictione IIII. *de Gudenus T. I. p. 261.*

X. *Fridericus* Ludovici Thuringiae Landgravij filius Praepoſitus *S. Stephani* Collegio ſuo concedit jus conferendi parochialem Alzejenſem. FINIS: Datum *Papie* Anno Dominice Incarnationis MCLXXV. Indict. VIII. . . . *Joannis T. 2. p. 522.*

XI. *Christiani* A. M. diploma de decima in *Ozenheim* (nider oſtheim) de qua olim fuit quaeſtio inter Scholaſticum et Canonicos Eccleſiae Aſchaffenburgenſis. DESINIT: predictam decimam in *Ozenheim* ſub diſtrictione Anathematis . . Confirmamus etc. *de Gudenus T. I. p. 271.*

ad XIV.

ad XIV.

SIGILLUM *CONRADI I.* ARCHIEP. MOG.

ab an: MCLXXXIII – MCC.

Archi Episcopus in faldiſtorio ſedens, pallio ornatus, pedum dextra, librum clauſum ſiniſtra tenet. E mitra diffluit utrimque faſcia et a ſiniſtra manipulus propendet. Inſcriptio ſigilli eſt: † CHONRADUS DI GRA SABINENSIS EPC. MAGUNTINE SEDIS ARCHIEPC. ſigillum penſile eſt ſicut ea, quae ſequuntur. Notari meretur faſcia a mitra defluens et a ſiniſtra manipulus.

Subjungimus Diplomata:

I, *Conradi* A. M. quomodo diremit litem inter Canonicos *S. Petri* et ſancti moniales in *Tiefſenthal* ſuper Eccleſia in *Eltvil.* FINIS: et ut in ſequenti evo . . . . *noſtro ſigillo* hoc privilegium *inſignimus* . . Acta ſunt anno Dominice Incarnationis MCLXXXIII. Indict. I. XV. Kal. Dec. *de Gudenus T. I. p.* 282.

II. *Conradi* carta, quod *Hermannus* Praepoſitus Eccleſiae *S. Mauritij* ceſſerit fratribus capellam in *Elsheim.* FINIS: hujus privilegij paginam conſcribi et *ſigilli noſtri* impreſſione juſſimus inſigniri . . . Acta ſunt hec anno

Dominice Incarnationis MCLXXXIIII. Indict. II. . . *de Gudenus T. III. p.* 950.

III. *Hermannus* Praepositus *S. Mauritij* huic collegio donat sacellum in *Elsheim* .. FINIS: Hujus privilegij paginam . . . *sigilli nostri impressione* jussimus insigniri . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnacionis MCLXXXIIII. Indict. secunda, *Joann. T. II. p.* 706.

IV. *Conradus* decimam in *Dietinroth* a *Conrado* de *Schönenberg* sibi resignatam, donat monasterio Reinhusano et simul testatur, *Conradum de Geismar* eidem monasterio duos mansos pro XXVIII. marcis vendidisse. DESINIT: Quae ut postmodum ab omni superventurae aetatis posteritate immutate et inviolabiliter observentur, presentem conscriptam paginam *nostri impressione sigilli* . . roboramus. Acta sunt haec Anno Dominice Incarnationis M°C°LXXXIV. Indictione II. . . . *Scheidt nachrichten vom teutschen adel p.* 307.

V. a. *Conradus* consentit, cum *Otto* Praepositus Collegiatae ad *Gradus* ejusdem Ecclesiae Decano et Capitulo concedit jus patronatus Ecclesiae Flersheimensis. FINIS: ut autem hec pietatis traditio inconvulsa omnino permaneat, hanc cartam fecimus conscribi et sigilli nostri impressione insigniri. . .

Acta

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXXIIII. Indictione II. . . . *Joannis T. 2. p.* 650.

V. b. *Conradus* Archiep. *Paderbornae* dirimit litem inter Abbatiſſam Heriſienſem et Gerdenſem agitatam. FINITUR: Acta ſunt haec anno Dominicae Incarnationis MCL XXXIIII. Indictione ſecunda . . . *Schaten Annal. Paderborn. Part. I. pag.* 864.

VI. *Conradus* Praepoſitus *S. Victoris* Eccleſiae ſuae decimam quandam in tractu villae *Hechtsheim* et vineas in *Laubenheim* attribuit. DESINIT: ut ergo hec donatio atque traditio debita perpetuitate rata et inconvulſa permaneat, auctoritate ſcripti noſtri confirmari et ſigilli noſtri impreſſione inſigniri eam precepimus . . . Acta ſunt hec anno Domice Incarnationis MCLXXXV. Indictione III. . . . *Joannis T.* 2. *p.* 590.

VII. *Conradus* ea, quae de ceſſione Vlanheimenſis Eccleſiae inter Abbatem *S. Albani* et *Werenboldum* Praepoſitum in *Vlanheim* acta erant, confirmat. FINIS: Acta ſunt haec anno ab incarnatione Domini MCLXXXVI. Indictione IIII. . . . apud *Ravengeresburch* in caminata Prepoſiti et apud *Maguntiam* in conſpectu totius Eccleſie confirmata . . . *Senckenberg medit. p.* 62.

VIII.

VIII. *Conradi* peregrinatio ad *S. Gallum* fraternitatisque inter Canonicos Moguntinos et *S. Galli* monachos renovatio. DESINIT: litteris hanc confirmationem inscripsi ac sigillo nostro . . insigniri decrevimus. *de Gudenus T. I. p.* 290.

IX. Quomodo Praepositura *S. Joannis* adunita fuerit Custodiae Metropolitanae. FINIS: Et ne hoc presentem etatem vel futuram lateat posteritatem . . . presentis pagine munimine nostro sigillo insignite firmamus et corroboramus . . . Acta sunt hec anno Incarn. Dominice MCLXXXVIIII. Indict. VII. Idus Martij . . . *de Gudenus T.* 3. *p.* 853.

X. Parochia Alzejensis a Capitulo *S. Stephani* commutatur cum Bretzenheimensi et Münstrensi. DESINIT: Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXXVIIII. Indictione VII. Idus Marcij . . . *Joannis T.* 2. *p.* 522.

XI. *Conradi* charta de area *Hartradi* Carpentarij in *Selboven*. FINIS: ut igitur hoc factum nostrum robustiore firmamento fulciatur, super ipso duas paginas conscribi et impressione sigilli nostri insigniri . . Acta

sunt

ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCL XXXVIIII. Indict. VII. IIII. nonas Martij. *de Gudenus T. I. p*, 291.

XII. *Conradi* charta de decima in *Dettingen*. DESINIT: Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXXVIIII. Indictione VII. *de Gudenus T. I. p.* 293.

XIII. Commutatio a Collegiata *S. Petri* cum *Conrado* A. M. facta. DESINIT: Kartulam iſtam conſcribi fecimus et ſigilli noſtri impreſſione . . . roboravimus . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCL XXXIX. . . *Joannis T.* 2. *p.* 469.

XIV. Commutatio per *Conradum* A. M. facta, qua capella Brunnenſis confertur Eccleſiae *S. Victoris* et capella Zahlbacenſis Collegio *S. Stephani*. FINIS: Preſentem in ſui robur paginam conſcribi et . . . ſigillo noſtre auctoritatis inſigniri ſanum duximus . . . Acta ſunt hec anno Incarnationis Dominice MCLXXXX. Indictione VIII. VI. Idus aprilis . . . *Joannis Tom.* 2. *p.* 524.

XV. *Conradi* ordinatio circa jus Scholaſticum. DESINIT: Et ut hujus ſacri pagina Reſcripti perpetuo inconvulſa illabataque permaneat . . . noſtro ſigillo inſigniri fecimus

mus . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCXC. Indictione VIII. quarto Kal. Martij. *de Gudenus T. I. p.* 295.

XVI. Collegium *S. Stephani* Villam *Hobdorf* in *Thuringia* permutat. DESINIT: hoc racionabile factum . . stabilimus et presentis scripti munimine nostro sigillo insigniti firmavimus et corroboravimus . . Acta sunt hec anno Incarnationis Dominice MCLXXXX. Indict. VIII. VI. Idus Aprilis . . . . *Joannis Tom.* 2. *p.* 523.

XVII. Quasi fundatio monasterij *Conradsdorff.* . FINIS: haec ordinata sunt a nobis in generali sinodo Moguntina . . . Acta sunt haec anno Dominice Incarnationis MCXCI. Indictione VIIII. *de Gudenus T. I. p.* 302.

XVIII. *Conradus* confert villam *Obernheim* Ecclesiae Aschaffenburgensi in dotem. FINIS: Ad robur igitur prelibate ordinationis presentem paginam conscribi jussimus et in argumentum confirmationis sigillo nostro insigniri . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXXXI. Indictione VIIII. *de Gudenus T. I. p.* 300.

XVIIII. *Conradi* charta de praedio Ecclesiae Collegiatae *S. Joannis Moguntiae* in *Mittelaba* ab actione villici *Heroldi* per sententiam emancipato

cipato. FINIS: ut autem hec utilis Eccleſie commutatio . . . ſtabilis et inconvulſa permaneat, conſcribi eam et auctoritatis noſtre ſigillo fecimus roborari . . . Acta ab Incarnatione Dominica anno MCLXXXXI. . . III. nonas julij. *de Gudenus T. I. p.* 306.

XX. Decimae Sodenleenſes Eccleſiae *S. Victoris* vindicatae. FINIS: Preſentem paginam ſcribi juſſimus et auctoritatis noſtro ſigillo muniri. . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXXXXI. Indict. XI. *Joannis T.* 2. *p.* 591.

XXI. *Conradi* Diploma, quo coenobij Retterenſis bona ſigillatim recenſet ac eidem confirmat. FINIS: ad robur autem ejusdem facti noſtri preſentem paginam ſcribi juſſimus et proprio ſigillo muniri . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnat. MCLXX XXI. Indictione VIIII. *de Gudenus T.* 3. *p.* 791.

XXII. *Conradi* charta, qua donationem *Erwini* comitis *de Tunna* ratam habet ac confirmat. DESINIT: ipſam traditionem . . ſub anathematis interpoſitione et noſtri ſigilli impreſſione confirmamus. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXCII. Indictione X. . . . Dat. *Erphord.* III. Idus Novembris in die *S. Martini. Schannat vindem. litter. Coll.* 2. *p.* 6.

XXIII.

XXIII. *Conradi* confirmatio compositionis inter capitulum Aschaffenburgense et *Bertholdum* de *Ruprechtshausen* super bonis in *Bleichfeld* etc. FINIS: hanc cartulam sigilli nostri impressione communivimus. . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCXCIIII. . . . *de Gudenus T. I. p.* 318.

XXIIII. *Conradi* charta de inutilibus Canonicorum Aschaffenburgensium expensis pro introitu fieri solitis, abrogatis, ijsque deinceps applicandis pro cappis purpureis. FINIS: in Argumentum approbationis et confirmationis presentem paginam sigilli nostri impressione jussimus insigniri . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MC XCIII. Indict. XI. . . *de Gudenus T. I. p.* 321.

XXV. *Conradi* traditio decimarum in *Wismerbach* . facta monasterio Schiffenburgensi. FINIS: ut autem hoc factum nostrum ratum et inconvulsum perseveret, sigilli nostri munimine ipsum duximus firmandum. Actum est hoc anno Dominice Incarnationis MC nonagesimo tercio, Indictione XI. XII. Kal. Augusti . . *de Gudenus T. I. p.* 326.

XXVI. *Conradi I.* charta, qua *Dithmaro* Abbati Monasterij *S. Petri* Erford. suisque successoribus usum infulae concedit. FINIS: duxi-

duximus hoc factum nostrum rationabile scripto commendare et . . tale privilegium sigilli nostri impressione confirmare . . . Acta sunt haec anno Dominicae Incarnationis MCLXXXIIII. Indict. XI. . . . *Schannat vindem. litter. T. 2. p.* 119.

XXVII. Ecclesiam *D. Nazarij* Praepositus *Rutgerus* confert fratribus *S. joannis.* DESINIT: Hoc autem opus pietatis approbantes ratum habemus et . . . sigilli nostri impressione corroboramus. . . Acta sunt hec anno Dominice Incarn. MCXCIIII. Indict. XII. . . . *de Gudenus Tom.* 3. *pag.* 856.

XXVIII. *Conradi* charta consecrationem et dotem Ecclesiae *Orlamundanae* concernens. DESINIT: Quam ob rem paginam presentem conscribi et sigilli nostri impressione communire precepimus . . . Acta sunt hec . . Anno Dominice Incarnationis MCXCIIII. Indictione XI. decimo septimo Kal. Febr. . . *Aveman Kirchberg. historie p.* 193.

XXVIIII. *Rutgerus* Praepositus *S. Joannis* huic Ecclesiae tradit Ecclesiam *S. Nazarij* in *Mummenheim* cum omnibus proventibus. FINIS: Hoc autem opus pietatis approbantes ratum habemus et . . sigilli nostri impressione corroboramus . . . Acta sunt hec anno

b Do-

Dominice Incarnationis MCXCIIII. Indict. XII. . . . *Joannis T. 2. pag.* 695.

XXX. *Conradi* charta de ſublato certamine inter Archi presbyterum *Conradum* et *M. Rudolfum* ſuper Eccleſia *Olmene.* Item Praepoſitura Majoris vacante, quatenus Archi Epiſcopus ordinare queat de vacantibus officijs. FINIS: noſtri ſigilli impreſſione hujus facti paginam fecimus inſigniri. . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MC XCIIII. Indict. XII. . . *de Gudenus T. I. p.* 328.

XXXI. *Conradi* ſententia ſuper jure patronatus Eccleſiae *S. Ruperti Wormatiae.* FINIS: Anno Incarn. Dom. MCXCIIII. XII. . . Datum *Wormatiae* apud *S. Martinum* VII. Kal. Maji . . . *Schannat hiſt. Wormat. T.* 2. *p.* 88.

XXXII. *Gosbach* filialis paroeciae Brunnenſis erigitur in parochialem. FINIS: ne quis contra hoc rationabile ſtatutum noſtrum venire ipſumque preſumat evertere, in ſui munimen paginam preſentem conſcribi et ſigilli noſtri impreſſione ſigniri fecimus. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXCVI. Indictione XIIII. . . . *Joannis T.* 2. *p.* 525.

XXXIII.

XXXIIII. Qualiter *Conradus I.* canoniae Ilbenstadensi contulerit Ecclesiam in *Sodel.* FINIS: presentem paginam illius confirmativam sigilli nostri appositione precepimus insigniri . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCXCVI. Indictione XIIII. . . . *de Gudenus T. I. p.* 331.

XXXIIIII. Confirmatio bonorum monasterij *novi operis* Erford. FINIS: presentem paginam facti nostri confirmativam sigilli nostri appositione communivimus . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo nonagesimo sexto Indictione quarta decima . . . *Falckenstein Thur. Chron. T.* 3. *p.* 1126.

XXXV. *Conradus* concedit ministerialibus suis liberam facultatem conferendi allodia sua novellae plantationi in *Aulesburg.* FINIS: Praesenti pagina illius confirmativa . . . in sancta synodo Moguntina necessarium duximus roborare . . . Acta sunt hec anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo nonagesimo sexto Indictione quarta decima . . . *Kuchenbecker anal. Hass. coll.* 4. *p.* 344.

XXXVI. Mansi quidam *Offenheim* restituuntur Ecclesiae Collegiatae *B. M. V. ad Gradus.* FINIS: Acta sunt hec anno Dominice

Incarnationis MCXCVII. Indict. XV. . . . *Joannis T. 2. p.* 651.

XVI.

SIGILLUM *SIFRIDI II.* ARCHIEP. MOG. ab an. MCC – MCCXXX.

Duo *Sifridi secundi* ſub uno numero exhibemus ſigilla rubri coloris, diverſimode delineata, in ſubſtantialibus tamen eadem. Inſidet Faldiſtorio capitibus exornato Archi Epiſcopus mitratus et pallio circumdatus, manu dextra pedum tenens et ſiniſtra librum apertum, in quo legitur: PAX. in altero ſigillo liber apertus ſed abſque ſcriptura eſt. Utriusque Inſcriptio SIFRIDUS. DI. GRA. SCE. MAGUNTINE. SEDIS. ARCHI. EPS. de addita voce SANCTE quaedam ſupra monuimus in praef.

En *Sifridi II.* Diplomata.

I. Charta ſuper octo manſis monaſterio Walckenriedenſi conceſſis. DESINIT: Ad majorem autem hujus facti evidentiam praeſentem paginam cum ipſius facti ſerie conſcribi eamque *ſigilli noſtri munimine* juſſimus inſigniri . . Acta ſunt hec MCCIIX. Datum *Moguntiae* XII. Kal. Decembris. *Lunig. Spicil. Eccleſ. III. Th. p.* 846.

II.

II. Traditiones de Origine ac incrementis monasterij *Reiffenstein* in *Eichsfeldia*. DESINIT: paginam presentem . . . *impressione sigilli nostri* fecimus communiri . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCVIIII. Indictione XII. epacta duodecima. Datum *Rusteberch* XI. Kal. Octobris. *de Gudenus T. I. p.* 410.

III. *Sifridus* Archiep. Mog. permittit ut bona quaecunque sive feudalia sive haereditaria, irrequisito ipsius consensu in coenobium *Reiffenstein* transferri queant. EXPLICIT. Ut autem prescripta grata et rata apud posteros et illibata permaneant, *bulle nostre appensione* roboramus. Acta sunt hec anno Domini MCCVIIII. . . . Datum *Rusteberch* XI. Kal. Octobr. *de Gudenus T. I. p.* 414.

IV. Collegio *S. Stephani* jus patronatus Ecclesiae in *Eblizdorff* salvum manet contra Praepositum coenobij Habecheburnensis. FINIS: Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCX. Datum *Moguncie* XV. Kalendas januarij *Joann. script. rer. mog. Tom. III. p.* 527.

V. *Sifridus* canonicis *B. M. V. ad Gradus* concedit immunitatem ab exactionibus de praedijs Ecclesiae in *Rhingavia* sitis. DESINIT: ut autem hoc pium et liberale factum nostrum

 per-

perpetuis temporibus inconvulſum permaneat . . . preſentem conſcribi paginam, eamque *ſigilli noſtri munimine* fecimus roborari. . . . Acta ſunt hec anno ab Incarnatione Domini MCCXI. Indict. XIIII. Data *Moguncie* VIII. Idus Februarij . . . *Joannis T. II. pag.* 654.

VI. *Idem* conſulit Fabricae Collegij *B. M. V. ad gradus.* FINIS: nos ſcriptum preſens . . . *ſigilli noſtri munimine* roboramus. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXI. II Idus januarij Indictione quarta decima. *Joann. T. II. p.* 653.

VII. De Conventione inter *Gotfridum* de *Eppenſtein* et *Gerbardum Ware.* DESINIT: preſentem paginam conſcribi fecimus et *ſigilli noſtri munimine* roborari . . . Acta ſunt hec anno Incarnationis Dominice MCCXI. Datum *Moguncie* II. Kalend. Febr. *Joann. Spicil. pag.* 277.

VIII. Ordinatio de fructibus praebendarum Canonicis *B. M. V. in campis* pro rata temporis abſentiae detrahendis. FINIS: preſentem paginam totam earum ſeriem continentem conſcribi et *ſigilli noſtri munimine* roborari. . . . Acta ſunt hec anno Dominice In-

Incarnationis MCCXII. Datum *Moguntie* XVI. Kal. Febr. Indict. XV. *de Gudenus T. II. p.* 704.

IX. Officium portae contubernio *S. Victoris* certa condicione concessum. EXPLICIT: ne . . huic nostre concessionis pagine ausu temerario quis audeat contraire, ipsam *sigilli nostri karactere* communivimus. Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCC XII. Indict. XV. Datum *Maguntie* IIII. nonas julij Pontificatus nostri anno undecimo. *Joann. T. II. p.* 593.

X. *Gerhardus* Praepositus *S. Stephani* collegio suo confert jus patronatus Ecclesiae in *Amena.* DESINIT: eandemque sigillo nostro fecimus communiri. . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXII. Datum *Moguncie* II. nonas septembris. *Joann. T. II. p.* 528.

XI. *Sigefridus* sex ecclesias monasterio *S. Albani* incorporat. FINIS: presentem paginam . . . fecimus sigilli nostri munimine roborari . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXIII. Indictione prima. Data *Maguncie* XIII. Kalendas junij . . Pontificatus nostri anno duodecimo. *Joannis T. II. pag.* 757.

XII. Canonici *S. Victoris* aedis sacrae restaurandae curam habent. FINIS: ut autem hec nostra concessio firma . . . maneat presentem paginam super ea conscribi *nostrique impressione sigilli* fecimus consignari . . . Acta sunt hec anno Incarnationis Dominice MCCXIV Indict. II. Datum *Maguncie* V nonas Martij . . . Pontificatus nostri anno tertio decimo. *Joannis T. II. p.* 594.

XIII. *Sigefridi* Archiep. confirmacio emptionis venditionis celebratae inter Comitem *de Rieneck* et monasterium Erbacense in *Rhingavia*. DESINIT: ut autem que premissa sunt, robur obtineant firmitatis, petitum est hinc inde a nobis, ut ea sub nostri privilegij pagina faceremus conscribi et *sigilli nostri munimine roborari*. . . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXIII. Indict I. Data *Maguncie* VI. Idus Maji . . . Pontificatus nostri anno XII°. *de Gudenus T. I. p.* 423.

XIV. *Sifridus* donationem praedij *Aulesburg* Haynensibus factam confirmat, eosque in tutelam *S. Martini* suscipit. FINIS: omnia presenti scripto munimus, et *bulla*, testibus roboramus idoneis . . . Acta sunt hec apud *Fritzlar* anno Incarnationis Domini Millesimo ducentesimo decimo quinto, tertio nonas julij.

julij. . . . . Pontificatus noſtri anno quarto decimo . . . *Kuchenbecker anal. Haſſ. coll.* 11. *pag.* 124.

XV. *Sifridus* privilegia monaſterio montis *S. Ruperti* ab anteceſſoribus conceſſa confirmat. EXPLICIT: ut . . . hoc . . ratum et inconvulſum omni aevo permaneat, preſentem paginam *impreſſione ſigilli noſtri* fecimus inſigniri . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis M.CC.XV. Indictione III. *ex Impreſſo hujus monaſt. p.* 21.

XVI. Confimatio renuntiationis ab *Hermanno Thuringiae* Landgravio factae. FINIS: Hec ut rata permaneant et inconvulſa, preſentem inde paginam ſcribi facientes ſigillo noſtro muniri juſſimus . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis M.CC.XVI. in civitate Wirtzeburgenſi Indict. III. . . *Kuchenbecker anal. Haſſ. coll.* 12. *p.* 335.

XVII. Privilegium Domini *Sifridi* de Eccleſia in *Swapheim.* DESINIT: ut autem hoc . . ſtatutum ratum permaneat . . preſentem paginam ſigillo noſtro . . . decrevimus roborandam. Datum *Maguntie* Anno gratie M. CC.XVII. Pontificatus noſtri anno 17. *de Gudenus T. III. p.* 1082.

XVIII. *Sifridus* Canonicis *B. M. V. ad Gradus* concedit duas carratas vini annuas etc. FINIS: conſcriptione preſentis pagine et *noſtri ſigilli munimine* fecimus roborari . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnacionis MCCXVII. VII. Idus Aprilis. Pontificatus noſtri anno decimo ſeptimo. *Joann. Tom. II. pag.* 655.

XIX. *Sigefridi* donatio cujusdam inſulae facta coenobitis Erbacenſibus. EXPLICIT: *ſigilli noſtri munimen* addidimus huic ſcripto. . . Actum et Datum *Maguntie* VIII. Idus Marcij anno Incarnationis Domini MCCXVIII. Pontificatus noſtri anno ſeptimo decimo. *de Gudenus Tom. I. p.* 456.

XX. *Sigefridus* conſentit, dum *Theodoricus* Praepoſitus Collegio *ad Gradus* donat jus patronatus Eccleſiae in *Nitbe*. Dat. *Moguncie* VIII. Kalend. Marcij Pontificatus noſtri anno ſeptimo decimo. *Joann. T. II. p.* 655.

XXI. *Sigefridus* confirmat hoſpitali *S. Mariae* Teutonico donationem Eccleſiae in *Wiſsbaden* per Regem *Fridericum*. Datum *Moguntiae* Anno Incarnationis Dominice MCCXVIII. Idus junij. Pontificatus noſtri anno XVII. *de Gudenus T. I. p.* 457.

XXII.

XXII. Libertas areae in *Aſchaffenburg* dictae *der Frohn-hof*. FINIS: hanc cartam conſcribi juſſimus et *ſigilli noſtri munimine* roborari. Datum *Aſchaffinburg* nonas Marcij Pontificatus noſtri anno octavo decimo. *de Gudenus T. I. pag.* 459.

XXIII. Controverſia, quam habuit Ecclesia *S. Victoris* ſuper jure patronatus Eccleſiae Vinicellenſis, componitur. Acta ſunt hec anno Incarnationis Domini MCCXIX. Dat *Maguncie* V. Idus Auguſti Pontificatus noſtri anno octavo decimo. *Joann. T.* 2. *p.* 594.

XXIV. Collegio *S. Crucis* attribuitur jus patronatus Eccleſiarum *Niderſaulheimenſis* et *Oberhilmersheimenſis*. DESINIT: et ut noſtra donacio . . ad perpetuam memoriam nominis noſtri ſit evis perpetuis valitura . . . fecimus . . *ſigillorum munimine* roborari. Acta ſunt autem hec anno Dominice incarnationis MCC XIX. Indict. VIII. III. Idus Decembris. . . *Joann. T.* 2. *p.* 687.

XXV. Executio voluntatis ultimae *Godefridi de Kugelberg* Canonici Wirtzburgenſis circa formandum parthenonem in *Hagen*. . . FINIS: ad quorum evidenciam preſentem paginam noſtro et Eccleſie noſtre ſigillis duximus muniendam. Acta ſunt hec anno Domini-

minice incarnationis MCCXIX. Datum *Moguntie* VII. Kal. Maji. Pontificatus nostri anno XVIIII. *de Gudenus T. I. p.* 461.

XXVI. Fundatio monasterij *S. Catharinae* juxta *Mandal.* DESINIT: quicunque igitur contra constitutionis nostrae hanc paginam .... *sigillique nostri impressione* munitam .. infringere studuerit .. Acta sunt haec anno Dominicae Incarnationis MCCXIX. Indict. VIII. ... *Trithem. chron. sponheim. p.* 266.

XXVII. *Sigfridi* liberalitas ergo coenobium *Eberbach.* FINIS: praesens scriptum sigilli nostri impressione fecimus communiri. Acta et Data apud *Eberbach* XIII. Kal. Maji. Anno Incarnationis Domini MCCXIX. Pontificatus nostri anno XVIII. *de Gudenus Tom. I. pag.* 459.

XXVIII. *Sifridus* pro restaurandis Ecclesiae Pinguensis aedificijs concedit, ut post annum fratris defuncti reditus praebendae vacantis cedant fabricae Ecclesiae duobus sequentibus annis. FINIS: ad robur facti presentem cartam sigilli nostri jussimus appensione muniri. Datum apud castellum *sancti Petri* VI. Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno XX. *ex originale.*

XXIX.

XXIX. Translatio Collegij *S. Petri* ad parochiam *S. Emmerani.* EXPLICIT: paginam hanc *sigilli nostri appensione* . . placuit communiri. Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXX. IIII. Kalend. Aug. Pontificatus nostri XIX. *Joann. T. II. p.* 472.

XXX. Littera *Sifridi* A. M. quod familia coenobij *Schmerlenbach*, quae quondam fuit in *Hagen*, nullum habeat parochialem respectum, nisi ad Praepositum ibidem. FINIS: hanc paginam impressione sigilli nostri roboravimus. Data *Ascapbenburc* pridie Kal. Marcij Pontificatus nostri anno XXI. *de Gudenus. T. II. p.* 37.

XXXI. *Sifridi* Diploma recensens ac confirmans bona monasterij Retterensis . . . . Datum *Maguntie* anno Incarn. Dominice MCC XXII. III. Kal. januar. Pontificatus nostri anno XXII. *de Gudenus T. III. p.* 793.

XXXII. Quatuor jugera per sententiam adjudicata monasterio Retterensi. . . Datum *Maguntie* Anno gratie MCCXXII. Pontificatus . . nostri XXII.

XXXIIII. *Sifridi* A. M. compositio cum comitibus *de Witgenstein*. . . . Acta sunt hec anno Incarnationis Dominice MCCXXIII. Indictione XI. Datum *Fritslarie* IIII. nonas Septem-

tembris Pontificatus nostri anno XXII. *de Gudenus T. I. p.* 486.

XXXIV. Controversia collegij *S. Stephani* cum Eppensteinijs super varia bona ad concordiam redacta. FINIS: in cujus rei evidenciam presentem paginam sigillo nostro et Ecclesie nostre fecimus communiri . . . Acta sunt hec *Maguncie* anno Incarnationis Dominice MCCXXIII. quarto decimo Kalendas januarij. *Joannis T. II. p.* 528.

XXXV. *Sifridus* confirmat transactionem initam a Capitulo *ad Gradus* cum Praeposito *Arnoldo* super decimis Beckelheimensibus. FINIS. Scriptum . . coram nobis conceptum nostri sigilli impressione jussimus insigniri . . . Acta sunt hec anno Domini MCC XXIIII. V. Kalend. Februar. Pontificatus nostri anno XXIIII. *Joannis T. II. p.* 657.

XXXVI. *Sifridus* admittit decimarum reluitiones. DESINIT: presentem paginam conscribi jussimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum *Geismarie* XIII. Kalendis Martij . . . anno vicesimo tertio. *Bohmer electa juris civ. T. III. p.* 114.

XXXVII. *Sifridus* ut arbiter statuit, ut collegium S. *Stephani* bona Porcetensium in

Cost-

Costheim cöempta quiete possideat. FINIS: secundum quod in litteris, quibus sigillum fratris nostri appensum est, invenitur . . . Actum anno Incarnationis Dominice MCC XXV. Id. septembris. *Joannis T. II. pag.* 530.

XXXVIII. *Sifridus* dirimit litem inter Capitulum *S. Stephani* et nobilem de *Eppenstein* super libertate curiae in *Costheim.* FINIS: In cujus rei evidentiam presentem paginam conscribi . . . et sigillis fecimus communiri. . . Actum *Maguncie* apud *S. Albanum* anno Incarnationis Dominice MCCXXVI. Kalendis Februarij. *Joann. T. II. p.* 530.

XXXIX. Littera *Sifridi* super XII. jugera in campo *Marchia* collata monasterio de Indagine. FINIS: presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Datum *Aschaffenburg* XII. Kal. julij. P[illegible]ificatus nostri anno XXVI. *de Gudenus Tom. II. pag.* 48.

XL. *Sifridi* pronuntiatio super bonis Ecclesiarum advocaticijs. FINIS: Datum anno Dominice Incarnationis MCCXXVII. Pontificatus nostri anno XXVI. *de Gudenus Tom. I. pag.* 495.

XLI. *Sifridus* bona *Wignandi*, quae *Rutbardus* Archiep. monasterio *S. Albani* contule-

rat,

rat, confirmat. DESINIT: Data *Maguncie* anno Dominice Incarnationis MCCXXVII. X. Kalend. Octobris. *Joann.* *T. II.* *p.* 759.

XLII. *Sifridus* declarat, in quantum Abbas Breitungensis subjaceat Abbati Hersfeldensi . . . EXPLICIT: presentem paginam conscribi fecimus nostro et Ecclesie Hersfeldensis et Breittingensis sigillis . . . roborantes . . . Acta sunt hec anno gratie M.CC. XXVII. Indictione XV. XII. Kal. januarij Pontificatus nostri Anno XXVII. *Kuchenbecker anal. Hass. Coll.* 12. *pag.* 339.

XLIII. *Sifridus* incorporat coenobio *Reinhartsborn* parrochiam villae *Tuteleiben.* DESINIT: Datum anno ab Incarn. Domini MCC XXVIII. in *Reinartsborn* Indict. I. nonis Martij Pontificatus nostri anno XXVII. *Schannat vindem. litter. Coll. I. p.* 120. [illegible]ont

XLIV. *Sifridi* charta, de facto sibi restauro pro sylva *Buchenberg*, quam comes *Lambertus de Gleichen* tradiderat Ecclesiae Apostolorum *Erfurti.* FINIS: hanc paginam presentis negocij testimonialem . . . sigilli nostri appensione roboravimus . . . Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini MCCXX VIII. Indict. I. Pontificatus nostri anno XXVII. *de Gudenus T. I. p.* 497.

XLV.

XLV. Charta *Sifridi*, qua alteram *Lamberti* comitis de *Glichen* donationem ratam habet. FINIS: hanc paginam . . sigilli nostri appensione roboravimus. Acta sunt haec anno ab Incarnatione Domini MCCXXVIII. Indict. I. Pontificatus nostri anno XXVII. *Schannat vindem. litter. Coll.* 2. p. 10.

XLVI. *Sifridi* charta, quod Decanus Majoris potest suspendere absentes in publicis stationibus. FINIS: Datum *Scarphenstein* IIII. nonas Aprilis Pontificatus nostri anno XXIX. *de Gudenus Tom. I. p.* 504.

XLVII. *Sifridus* consentit, ut praebendae vacantes in Ecclesia *S. Mauritij* applicentur Ecclesiae restaurationi. FINIS: Acta sunt hec anno Incarnationis Domini MCCXXX. Pontificatus nostri anno XXVIIII. Kal. junij. *de Gudenus T. III. p.* 955.

XLVIII. *Sifridi* charta, qua ex obitu Comitis de *Luterberg* vacans feudum confert illis de *Eberstein*. DESINIT: presentem paginam nostro et Ecclesie nostre sigillis fecimus roborari. Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXXX. Indict. III. *de Gudenus T. I. p.* 505.

XLIX. *Sifridi* praestandarum ad ministerium Corporis Domini oblatarum instituti

c con-

confirmatio. FINIS: Datum *Aſchaffinburg* nonas julij anno Incarnationis Dominice MCCXXX. Indictione tercia. *de Gudenus T. I. pag.* 506.

L. Inſtauratio aedis Petrinae extra muros Mog. FINIS: Acta ſunt hec anno Incarnationis Domini MCCXXX. Pontificatus noſtri anno XXIX. V. Idus Marcij *Joannis Tom. II. pag.* 475.

LI. *Sifridus* operam dat ut lis finiatur inter Collegium *S. Stephani* et *Guntherum* militem ſuper loco molendini et ſalicto. FINIS: Actum *Erphordie* anno gracie MCCXXX. Pontificatus autem noſtri anno XXVIIII. menſe julio. in cujus rei evidentiam preſentem paginam conſcribi et ſigillo noſtro juſſimus communiri. *Joannis T. II. p.* 532.

LII. *Sifridi* privilegium ſuper teſtamento ſuo, quod legavit Dominis Majoris Eccleſiae Moguntinae. EXPLICIT: preſentem paginam. . . ſigillo noſtro fecimus communiri. . . Actum anno Incarnationis Domini MCCXXX. VII. Idus Septembris Pontificatus noſtri anno XXIX. Datum apud *Erphort. de Gudenus Tom. I. pag.* 509.

Ex-

Extant quaedam Diplomata *Liupoldi*, qui cum *Sifrido* de occupanda ſede Moguntina certabat, quorum hoc initium: LIUPOLDUS D. G. MAGUNTINE SEDIS ELECTUS, WORMATIENSIS EPISCOPUS. vid. *de Gudenus. Sylloge pag.* 67. *et* 75. *Schannat Histor. Wormat. Tom. II. pag.* 95. Si quis forte inſpexerit Sigilla harum chartarum et in illis Moguntinum repererit veſtigium, ut id amice ſuggerat, enixe petimus.

XVII.

SIGILLUM *SIFRIDI III.* ARCHIEP. MOG. ab an. MCCXXX – MCCXLIX.

Archi Episcopus in habitu Pontificali Faldiſtorio inſidens mitratus et palliatus dextra pedum ſiniſtra librum apertum tenens, huic de una ad alteram paginam ſcripta eſt ſalutatio Evangelica: PAX VOBIS. Inſcriptio ſigilli talis eſt: ✝ SIFRIDUS DI. GRA. SCE. MAGUNTINE. SEDIS ARCHIEPS.

Haec ejusdem Diplomata ad nos pervenerunt:

I. *Sifridus* Archi Epiſcopus indulget, ut quaelibet praebenda vacans ad *S. Joannem* duobus annis applicetur reſtaurationi hujus ae-

dis. . . . Actum anno Dominice Incarnationis MCCXXXI. Pontificatus nostri anno primo VIII. Idus Februarij. *Joannis T. II. p.* 698.

II. *Sifridi* confirmatio donationis fratribus *B. Lazari* in *Brunsrode* a Dynastis Heldrungianis factae. Datum *Erpbordie* anno Dominice Incarnationis M.CC.XXXI. XV. Kal. jan. Pontificatus nostri anno primo. *Tenzel Suppl. hist. Goth. p.* 56.

III. *Sifridi* litterae indulgentiarum ad usum novae fabricae templi Metropolitani. Datum *Moguntie* anno ab Incarnatione Domini MCCXXXIII. V. Kal. julij. *de Gudenus T. I. pag.* 526.

'IV. Decima in *Aldendorff* confertur Haynensibus. FINIS: presentem cartam *sigilli nostri munimine* decrevimus roborare. Acta sunt hec anno Domini M.CC.XXXIIII. Pontificatus nostri anno tercio in Civitate Mogunt. III. Kal. Augusti. . . . *Kuchenbecker annal. Hass. coll.* II. *pag.* 131.

V. *Sifridi* littera pro Decano et Capitulo *S. Gereonis Coloniae* ad supplendum portiones ipsorum praebendales ex fructibus Ecclesiarum in *Nackheim* et *Bubenheim*. Datum *Maguntie* anno Domini MCCXXXIIII. VI. Idus Septembris. *de Gudenus T. I. p.* 532.

VI.

VI. *Sifridus* injungit *Hermanno* de *Vibecbe* ut ob damna illata capitulo *S. Stephani*, ſatis faciat. Datum *Erphordie* XVII. Kalend. januarij Pontificatus noſtri anno quinto. *Joannis T. II. pag.* 533.

VII. Litera *Sifridi* fundationem Xenodochij ad *S. Spiritum Moguntiae* in ſe continens. FINIS: hujus pagine tenorem . . *ſigillorum* noſtri . . et Capituli Majoris Eccleſie precepimus roborari. . . . . Actum anno Domini MCCXXXVI. pridie Kalend. Auguſti. *de Gudenus Tom. I. pag.* 537.

VIII. Diſcordia ſuper quatuor manſis in *Virnheim* a *Sifrido* Archiep. Mogunt. et *Eberhardo de Starckenberg* transactione finita. Actum anno Domini MCCXXXVIII. apud *Starkimberg* XVI Kal. Auguſti. ut autem hec compoſitio rata et firma permaneat, preſentem paginam ſigillo noſtro duximus roborandam. *de Gudenus Syllog. pag.* 190.

IX. Littera *Sifridi* continens, quod ipſe quaedam bona quae pertinebant Cantoriae et Scholaſteriae permutavit cum Abbate *S. Jacobi*. FINIS: preſentem paginam . : *ſigilli noſtri munimine* fecimus roborari. Datum *Maguntie* anno Domini MCCXXXVII. II. Nonas Decembris. *de Gudenus T.* 2. *p.* 73.

X Charta *Sifridi* de officio Burggraviae in *Rusteberg* concesso comitibus de *Eberstein*. Datum *Moguntie* Idus Martij anno ab Incarnatione Domini MCCXXXIX. Pontificatus nostri anno X. *de Gudenus T. I. pag*. 550.

XI. Oppenheimenses promittunt se inposterum nil exacturos intuitu certorum bonorum ad Collegium *S. Stephani* pertinentium. EXPLICIT: presentibus literis sigillum nostrum duximus apponendum. Datum *Maguncie* idibus Novembris anno Domini MCC XXXIX. Pontificatus nostri anno VIII. *Joann. T. II. p*. 535.

XII. *Ottonis* Ducis Brunsvicensis transactio cum *Sifrido* Archiep. FINIS: pagina nostra presenti *sigillo nostro munita*. . . Acta sunt hec apud *Northusen* anno gracie M.CC.XXX. nono. Datum apud *Heiligenstaui* XVI. Kal. julij. Pontificatus nostri anno nono. *Scheid Orig. Gueiph. Tom. IV. pag*. 177.

XIII. *Sifridi* carta protectoria in Gratiam Hospitalis *B. M. V. Fritzlariae*. . . Datum apud *Frislariam* anno gratiae MCCXXXIX. X. Kal. julij Pontificatus nostri anno decimo. *de Gudenus Tom*. I. *pag*. 556.

XIV. *Sifridus* Capitulum *S. Mauritij* a praestito juramento absolvit. . . Datum *Ma-*

gun-

guntie anno Domini MCCXXXIX. XIIII. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno decimo. *de Gudenus T.* I. *pag.* 557.

XV. *Sifridus* gibt die erlaubniss die tuch gaden zu bauen. Anno MCCXXXIX. *Senckenberg medit. pag.* 522.

XVI. *Sifridus* concedit Abbati in *Oldisleben* usum mitrae. Datum *Maguncie* anno Domini MCCXXXVIIII. XVI. Kal. Nov. Pontificatus nostri anno X. *Falckenstein Thuring. Chron. T.* 3. *pag.* 1312.

XVII. *Sifridi* charta de Decima in *Beckelnheim.* FINIS: presens scriptum super hoc . . dedimus sigilli nostri munimine roboratum Actum *Maguntie* anno Domini MCCXL. tertio nonas aprilis Pontificatus anno X. *de Gudenus T. I. p.* 566.

XVIII. *Sifridus* Abbati *S. Joannis in Bischoffsberg* concedit privilegium portandi mitram. . . Datum apud *Pinguiam* VI. Idus Aprilis. Anno Domini MCCXL. Pontificatus nostri anno Xmo. *de Gudenus Tom.* I. *pag.* 566.

XIX. *Sifridus* Abbati in *Marien-Münster* Paderborn. Dioc. concedit usum infulae. Datum *Paderburnae* anno gratiae MCC. quadragesimo primo, quinto Idus Augusti Pontifi-

 catus

catus noſtri anno XII. *Schaten. Annal. Paderborn. part. 2. pag.* 39.

XX. *Sifridus* decimas feudales permutacionis gratia in utriusque favorem reſignatas utrique confert. Acta ſunt hec apud Inſulam noſtram anno gracie Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio. III. nonarum januarij. Pontificatus noſtri anno quarto decimo. *Bohmer electa juris civ. T. III. p.* 125.

XXI. *Sifridus* venditionem a *Poppone* de *Pleſſe* monaſterio Northeimenſi factam confirmat. Datum *Nortuni* anno gratie M.CC. quadrageſimo tertio III. Idus Marcij Pontificatus noſtri anno undecimo. *Scheid. Origin. Guelph. T.* 4. *praef. pag.* 73.

XXII. *Sifridus* Conventum in *Herwidehauſen* a precarijs et exactionibus liberat. FINIS: preſentem paginam : . fecimus *ſigilli noſtri munimine* roborari. Datum *Fritzlarie* anno gratie M.CCXLIIII. II. nonas junij Pontificatus noſtri anno XIIII. *Kuchenbecker anal. Haſſ. coll.* 9. *pag.* 157.

XXIII. *Sifridi* de donatione facta olim ab hominibus ſuis de *Buchecк* dum in coenobio *Arnsburg* habitum ordinis aſſumerent. Datum apud *Ameneburg* II. Kal. Maji anno Domini

MCC

MCCXLIII. Pontificatus noſtri anno tertio decimo. *de Gudenus T. I. p.* 574.

XXIV. *Sifridi* donatio omnium proventuum parrochiae in *Alch.* Datum *Fritislariae* anno Incarnationis Dominicae MCCXLIV. V. Id. julij Pontificatus noſtri anno XV. *Schannat vindem. litter. Coll.* 2. *p.* 11.

XXV. *Sifridi* privilegia largiſſima, immunitates ac libertates, queis cumulavit cives ſuos et ſubditos Moguntinos etc. Acta ſunt hec *Maguntie* Id. Novembris anno Dni MCC. quadrageſimo quarto . . . *de Gudenus Tom. I. pag.* 580.

XXVI. *Sifridi* diploma de novalibus et piſcatura in favorem parthenonis *Retters.* FINIS: preſentem paginam *ſigilli noſtri munimine* communitam in teſtimonium ei damus. Datum in caſtro *Eppenſtein* anno Domini MCC XLV. II. Idus junij Pontificatus noſtri anno ſexto decimo. *de Gudenus T. I. p.* 592. *T. III. pag.* 796.

XXVII. Decima in *Rode* a nexu feudali liberata donatur coenobio *Aulesburgenſi*, ſubſtituta eidem tertia parte villae *Gerwichshagen*, DESINIT: preſentem paginam *ſigilli noſtri munimine* duximus roborandam. . . Acta ſunt . .

in *Ameneburg* anno Domini MCCXLV. Pontificatus noſtri anno XV. . . *de Gudenus T. I. pag.* 588.

XXVIII. *Sifridi* charta de tradita Cerdonibus Moguntinis curia quadam in emphyteuſin. FINIS: preſentem paginam . . . fecimus ſigilli noſtri munimine roborari. Acta ſunt hec *Maguntie* anno ab Incarnatione Domini MCCXLVII. Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri anno XVII. Indict. XIII. *de Gudenus T. I. pag.* 598.

XXIX. *Sifridi* donatio Eccleſiarum parrochialium in *Hentſchuchsheim* et *Bensheim* Capitulo Metropolitano Moguntino facta. FINIS: ut autem hec collatio perpetuam obtineat firmitatem, damus vobis ſuper ea preſens ſcriptum *ſigilli noſtri munimine* roboratum. . . Datum *Pinguie* nonis Martij anno Domini MCCXL VIIII. Pontificatus noſtri XVIIII. *de Gudenus Tom.* I. *pag.* 603.

XXX. *Sifridus* Decano et capitulo Eccleſiae Pinguenſis concedit facultatem recipiendi per biennium fructus beneficiorum in modo dicta Eccleſia infra quinquennium vacantium pro uſu fabricae. DESINIT: Datum in caſtris apud *Ingelnheim* anno Domini M°CC°

XLVIIII.

XLVIIII. VI. Kalend. Martij. *de Gudenus T. III. pag.* 1114.

XVIII.

SIGILLUM *CHRISTIANI I.* ARCHIEP. MOG.

ab an. MCCXLIX – MCCLI.

Sigillum hoc omni ex parte mutilum adpendet chartae *Christiani Electi* Archiepiscopi, qua Collegio *S. Joannis* immunitatem ab exactione de bonis in *Olmena superiore* concessit. *vid. charta sub. n.* 1. post alterum *Christiani* sigillum Tomo sequente. Defectuosum igitur aliqualiter supplere licuit ex fragmentis sigilli litterarum reversalium *Crafftonis de Sweinsberg* in Castrensem Amoenoburgensem recepti an. 1249. *vid. de Gudenus Tom. I. pag.* 610. Exhibetur autem Electus mitra ornatus absque pallio *) sedens in faldistorio pedum dextra et

*) Antequam Metropolitanus pallio decoretur, non licet ei clericos ordinare, Pontifices consecrare vel Ecclesias dedicare, nec potest Archiepiscopus appellari. ita *Joannes VIII. PP. ep. 26.* ex ijs quas edidit *Sirmondus. Synodus Ravennensis an. 878. cap. 1. Innocent. III. PP. lib. 1. c. 63. cap. quod sicut. 28. §. super eo. X. de elect. Petrus Damiani lib. 7. ep. 4.* confer. *Joannis Tom. 1. pag. 606. sq.*

et ſiniſtra tenens librum clauſum. Redintegrata inſcriptio haec eſt: † CRISTIANUS. DEI. GRA. CONSECRATUS. IN ARCHIEPSP. MOG.

Diplomatum *Chriſtiani II.* argumenta ſuppeditabit Tomus ſequens.

Hanc noſtram ſigillorum ſeriem excipiunt chartae et Diplomata ab Originali aut copia fideli deſumpta et quidem.

N^rus I. ſubminiſtrat Laudum illud famoſum *Theodorici* Archipraeſulis Moguntini, quo controverſia inter Epiſcopum Wirceburgenſem et Marchionem Brandeburgicum finita jurisdictionis Eccleſiaſticae limites determinantur.

Sequuntur *Honorij III.* litterae Apoſtolicae a N. II - XIX. e Regeſtis anni primi et tertij hujus Pontificis huc poſitae. Singula horum Brevium argumenta luculente ſatis demonſtrant, quantum ijs res Germaniae iluſtrentur.

A. N. XX -- LXVIII. larga manu porriguntur, quae Geſtis ſub *Mathia* Archiep. Mog. ab an. 1321 -- 1328. lucem novam affundunt. Moguntini Annales Diplomatici poſ-

possent facili negotio confici, si ad manus essent reliquorum documenta Archiepiscoporum.

Chronicon *Joannis* de *Schoenfelt* Equitis Austriaci ab an. 1300 -- 1346. sub N. LXIX. Historiam sui temporis alibi consignatam vel confirmat vel supplet. In Historia Australi apud *Freber. script. Rer. Germ. Tom.* 1. *p.* 488. Eques noster occurrit, qui *Godefredo* Episcopo Pataviensi e villa Brugensi Tornacensis Dioecesis in Flandria litteras dedit XII. mensis Septembris MCCCXXVII.

Subjunximus hisce Dioecesin Wormatiensem in Archidiaconatus divisam N. LXX. Ex hujusmodi registris quam praeclare illustretur Geographia medij aevi et antiquior pagorum status, multis demonstravit argumentis *Kremer in dem Rheinischen Franzien*, ubi adhibitis Archidiaconatibus Dioecesis Moguntinae, Herbipolensis, Spirensis etc. maximas superavit difficultates. Pro ulteriori Rei litterariae Commodo in decursu dabimus Archidiaconatus Ecclesiarum Argentinensis et Bambergensis.

Nro LXXI -- LXXVIII. variarum Collegiatarum statuta proferuntur, quorum utilitati

litati

litati ſat ſuperque notae multis depraedicandae non amplius immoramur.

A. N. LXXIX. uſque ad finem hujus Tomi ſiſtitur Codex Diplomaticus Eccleſiae et Dioeceſis Argentinenſis, quem labore haud vulgari collegit Cl. *D. Philippus Andreas Grandidier* ab editis duobus Tomis. *l' hiſtoire de l' Egliſe et des Eveques Princes de Strasbourg* orbi litterato notiſſimus. Maluit hic vir induſtrius et publicae utilitatis promovendae cupidus codicem iſtum videre in manibus Eruditorum, quam retinere diutius in Muſeo.

ELENCHUS CHARTARUM.

)(3 XLIV.

)(4 LVIII.

LXXIX.

LXXXVII.

XCIV.

CI.

CIX.

pag.

Valete et favete Amici! et ut quam plurimi litterarum cultores praestantissimam artem Diplomaticam magis excolant, satagite. Dabam Moguntiae XXXI. Decembris anno Reparatae Salutis MDCCLXXXII.

I.

I.

THEODERICI ARCHI-EPISCOPI MOGUNTINI LAUDUM IN CONTROVERSIA GODEFRIDUM EPISCOPUM HERBIPOLENSEM INTER ET ALBERTUM MARCHIONEM BRANDENBURGICUM DE AN. MCCCCXLVIII. CUM INSERTA ORDINATIONE ET REFORMATIONE JURISDICTIONIS ECCLESIASTICAE IN CIVITATE ET DIOECESI HERBIPOLENSI DE ANNO MCCCCXXII.

Wir *Dieterich* von gots gnaden, des heiligen Stüls zu *Mencze* Erczbisschoff, des heiligen Romeschen Riehs durch *Germanien* Ereczcanczler, bekennen vnd thun kunt, offentlich mit diesem brieffe, allen den, die In sehen, ader horen lesen, als etliche gespenne vnd zweitracht, zuschen den Erwirdigen vnd hochgeporn fursten, Herrn Gotfrit *) Bisschoff zu *Wirczpurg*, vnserm lieben Oheimen an einem, vnd Herrn *Albrechten* Marggrauen zu *Brandenburg*, vnd Burggrauen zu *Nüremberg*, vnserm lieben besundern frunde, am an-

*) e Comitibus de *Lymburg*.

andern teyle, vſſerſtanden vnd geweſt ſint, von der geiſtlichen gerichte vnd wiſunge wegen, Ire diener ſolicher geſpenne vnd zweitracht, ſie beiderſyt vff vns kommen vnd veranlaſſet wurden ſint, nach lute des Anlaſs daruber begriffen, der von Wurte züwurte hernachgeſchreben ſteet, und alſo ludet, Wir *Conrat* Herre zu *Winſperg* des heiligen Romeſchen Richs Erbkemerer, *Heinrich Leubing* Doctor, In keyſerlichen und licenciat in geiſtlichen rechten, pfarrer zu *ſant Sebolt*, zu *Nüremberg*, Conrat zu *frangſtein* Ritter, Burggraff zu *Starckenberg*, des Erwirdigſten In got vatters vnd Herren, Hern *Dieterichs* Erczbiſſchoffs zu *Mencze* Rete, vnd *Bertolde volghenner*, des Rats zu *Nüremberg* Sendebott, bekennen offentlichen mit dieſſem brieffe, fur allen die Ihenen die Ine ſehen ader horen leſen, nachdem, vnd der hochgeborn furſte vnd Herre, Her *Albrecht* Marggraff zu *Brandenburg* vnd Burggraff zu *Nuremberg* In Anſprache vnd forderunge komen iſt, gen dem Erwirdigen In got Vatter, vnd Herren, Herrn *Gotfrit* Biſſchoff zü *Wirczpurg*, vnd ſinem Stifft, Nemlichen von des Geiſtlichen vnd werntlichen gerichts, vnd von brieffe vnd ſchulde wegen, darümb ſie nü von beiden ſyten zu ſchrifften komen waren, und zubeſorgen was wie ſolich Ir Irrungen nit gutlich oder fruntlich hin gelegt wurde, das ſich daruſs manicherley ſchaden vnd vnrat, an Iren landen vnd luten hetten mogen begeben, das darümb mit beyder teyle willen vnd wiſſen berett iſt, zum erſten als von der geiſtlichen gerichte wegen, die

wile

wile ein gemein clage ist, das ess damit anders gehalten werde, dann ess billich vnd recht sin sollte, das der Erwirdigster In got vatter vnd Herre, Her *Dieterich* Erczbisschoff zu *Mencze* etc. zu Ime nemen sal, wen er wil, vngeuerlich, vnd sal beiderteile notdrufft vnd die Reformacien der Stifftunge zu *Wirczpurg*, die geistlichen gerichte berurende verhoren, vnd wo die nit gotlichen ader rechtlich were, sal er die ordenen vnd setzen vff das gotlichst vnd rechtlichste, vnd wie er solichs vff das gotlichst vnd rechtlichst orden vnd setzen wirdet, da by sal ess bliben, vnd furter gehalden werden. Er sal auch macht haben solichs also zubefestigen, das dieselben ordinacien gehalten vnd nit uberfaren werde, vnd das sal vnser Herre von *Mencze* thun bynnen einem vierteil Jars, nach data dieser beredungen, Item als von der Werntlichen gerichte wegen, ist berett, das ess darumb sal gehalten werden, In massen ein spruch die lantgerichte berurende, von der Marggraueschen syten, gescheen vorgeczyten, da loblicher gedechtnisse Marggraff *friederich* von Brandenburg etc. vnd Bisschoff *Johann* von *Wirczpurg* dauon auch geteidingt haben, begriffet vnnd Innheldet, Item als beide Herren Irrig sin, in demselben Spruche, vnd sust, als von wegen der Wisungen Irer diener, ist beredt, das beyde fursten Ir clage antwurt, Widerrede, vnd nachrede, vnd was Ine darumb not ist, furbringen sollen, fur vnsern gnedigen Herren von *Mencze* etc. ader fur unsern gnedigen herren den Pfalczgraffen, welichen vn-

ſer herre von *Wirczpurg*, vſs den zweyen welen wirdet, vnd wie ſie der, der alſo gewelt wirdet, Inrecht darümb ſcheiden wirdet, da by ſal eſs bliben, vnd von beiden ſyten gehalten werden, Item als von der ſchult wegen, nemlich die Jungen herren von *Swarczpürg*, vnd Herman von *Sawnſsheim*, *Contz* vnd *Bartholomeus* vom *Hütten*, vnd *Heinczen Steinrucken*, vnd *hans von Veſtenberg*, zu *Schernauw* berürende, Iſt beredt, das vnſer herre von *Wirczpurg*, Ine tage fur ſich ſeczen, vnd verſüchen ſal, ob er ſich mit Ine gutlichen vertragen moge, oder wo ſich das nit finden mochte, ſal vnſer Herre von *Wirczpurg*, Ine des rechten ſin, vnd entlichs vſstrages pflegen, fur unſerm gnedigen Herren von *Mencze*, vnd ſinem erbern Rate, vnd wen er zu Ime nymmet, Item, da in dem Andern Artickel, als von der diener wegen, gemelt ſin, vnſer gnedige herren von *Mencze*, vnd der Pfalczgraffe vff Ir einen zükommen, welichen vnder den vnſer Herre von *Wirczpurg* welen wirdet, Als hat der genant vnſer herre von *Wirczpurg*, zu ſolichem vſstrag gekorn, den egnanten vnſern gnedigen herren von *Mencze*, Des zu Orkunde haben wir tedingslüte, dieſe beredünge verſiegelt, mit vnſern Ingeſiegeln, vnd wir, obgnant beide furſten, bekennen vnd veryehen, geinwirtiglich, auch in crafft dieſſs brieffs, das ſoliche obegemelte beredünge, mit vnſern wiſſen vnd willen zügegangen vnd beſcheen iſt, das auch wir die da vnſer Iglichen das beruret, vnd berüren wirdet, vnd was vnſer herre vnd

frünt

frünt von *Menczе* orden, vnd zürechte sprechen wurde, vffnemmen vnd halten wollen, als wir auch das by vnsern fürstlichen eren vnd truwen, zuhalten, einander gerett globt vnd versprochen haben, ane arck vnd alles geuerde, vnd des zü Orkunde, haben wir auch vnsere Ingesiegele an diessen brieff thün drücken, Gescheen vnd gegeben, zu *Biebelriet* am Montage nach *Jacobi* des Heiligen Apposteln, Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, Des han wir Erczbischoff *Dieterich*, egenant, vns solicher obgemelten sachen In beyden teyln zu liebe vnd fruntschafft angenommen, vnd haben darüff den obgenanten beiden teilen, nachlute des vorgemelten Anlass, einen tag für uns gen *Miltemberg* gesaczt, zu solichem tage die obgnanten fursten beide Personlich fur vns vnd vnser Rete geistlich vnd werntlich, die wir dann zu vns genommen vnd In das recht by vns gesaczt han, gekommen sin, vff solichen tage wir dann beyder parthie Ansprach, antwurt rede vnd widderrede Orkünde vnd brieffe vnd was sie fur vns gebracht han, vnd sünderlich eine Reformacien der Stifftunge zu *Wirczpurg*, die geistlichen gerichte berürende, die fur vns In das recht gelegеt ist, verhort gelesen gewigen vnd bedechtiglichen besonnen, In allen vnd Iglichen Iren stücken puncten vnd Artigkeln, vnd nachdem wir dieselben Reformacien, wo sie nicht gotlich ader rechtlich were, vff das gotlichste vnd rechtlichste seczen vnd machen solten vnd mochten, als das derselbe Anlass clerlich besaget, So han Wir vnd Vnser

geiſtlichen vnd gelerten Rete dieſelben ordinacien vnd Reformacien, von der vorgnanten Geiſtlichen gerichte wegen, alſo gefunden, das ſie gotlich und rechtlich geſaczt vnd geordent iſt, sünder einen Artigkel, der alſo zu latin anhebet, Item ad obuiandum grauibus animarum periculis ac diuerſis ſcandalis etc. denſelben Artigkel ſeczen vnd orden wir, In maſſen als man das an dem ende, da der Artigkel In der Reformacien geſaczt iſt, wol horen wirdet, vnd üff das ſie vnd die Iren ſoliche Reformacien deſtebaſs gehalten und ſich darnach gerichten mogen, ſo han wir die, in dieſſen unſern ſprüch und entſcheit geſaczt, als die dann von worte zu worte hernach geſchreben ſtet, und alſo ludet:

In Nomine ſancte et indiuidue trinitatis, Patris et filij et ſpiritus ſancti Amen, *Johannes**) dei gracia Epiſcopus Herbipolenſis. Ad perpetuam rei memoriam. Injunctum nobis deſuper paſtoralis ſervitutis officium debite, ut tenemur, inſequi coadiuuante domino cupientes, ad ea libenter noſtre dirigimus intencionis intuitum et diligenter proſpicimus, que rei publice commodum reſpiciunt et Vtilitatem, ut per noſtre prouiſionis auxilium vnicuique juſticia reddatur, vicia euellantur, virtutes plantentur, Iniqua deſtruantur, Honeſta reedificentur, ac praua tranſeant in directa et ſublatis deformibus reluceant debite reformacionis Judiciorum eccleſiaſticorum decor et pulcritudo, ac tocius

*) e familia Alſaliae inferioris de (*Brunn Born*) oriundus.

cius equitatis et Juſticie exinde proueniant incrementa, Sane licet bone memorie *Otto*, a) et nonnulli alij Epiſcopi Herbipolenſes, predeceſſores noſtri, plures conſtituciones et ordinaciones Regimen et gubernacionem Officialis Curie noſtre Herbipolenſis ceterorumque Officialium, Judicum, Commiſſariorum, Advocatorum, procuratorum, Notariorum et pedellorum noſtrarum Ciuitatis et diocesis Herbipolenſis Judiciorum concernentes, laudabiliter pro tempore ediderunt, Quia tamen, experiencia omnium rerum magiſtra edocente, hominum malicia excreſcente, poſtmodum hujusmodi conſtituciones et ordinaciones aut debite non obſeruate, aut addicionibus correctonibus et declaracionibus vtilibus indigere noſcebantur, Nos igitur, prout ex debito noſtri paſtoralis officij nobis injuncti ſumus obligati, ſalubriter et vtiliter prouidere Volentes, pluribus diuerſis et varijs tractatibus precedentibus maturaque deliberacione prehabita de conſenſu beneplacito et voluntate Venerabilium nobis In Criſto dilectorum, *Ottonis de Miltz* prepoſiti, *Richardi de Maſpach* decani et Capituli, et preſertim illorum, quorum dinoſcitur intereſſe, videlicet dicti *Ottonis* prepoſiti et Archidiaconorum noſtrorum eccleſie Herbipolen-

a) *Otto* de *Wolfskeel* electus an. MCCCXXXV. ♰ MCCCXLV. qui Eccleſiam Herbipolenſem pluribus munitionibus, villis et ſtructuris ſublimando ditavit, praecipue vero ordinem judiciarium emendavit.

lenſis *), et de conſilio Juriſperltorum, auctoritate noſtra ordinaria tenore preſentium duximus ordinandum et ſtatuendum, ſtatuimus et ordinamus, modis et formis inferius deſcriptis Precipientes diſtrictiſſime, conſtituciones et ordinaciones ipſas perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari, In primis itaque ſtatuimus et ordinamus, ut prepoſiti Archidiaconi, et ceteri Jurisdictionem eccleſiaſticam in Ciuitate et diocefi noſtris Herbipolenſ. obtinentes de cetero habeant officiales, non laicos nec vxoratos, ſed clericos bone fame et honeſte conuerſacionis, in Jure peritos et expertos, noticiam cauſarum habentes, uel ſaltem duo aut plures ex Judicibus ipſis talem peritum habeant in Jure Officialem, ſi commode poſſint, ſi autem bono modo tales Officiales, ut premittitur, in Jure peritos habere non poſſunt, tunc habeant Officiales ydoneos, ſaltem aliqualiter intelligentes et expertos, qui de conſilio Juriſperitorum ſentencias tam diffinitiuas quam interlocutorias ferant, preſertim in cauſis matrimonialibus, in quibus aliquod dubium fuerit, et alijs grauibus et arduis cauſis ac negocijs in ipſorum iudicijs pro tempore agitandis, Sentencias vero per vxoratos uel laijcos Officiales in cauſis ecleſiaſticis latas uel ferendas ipſo jure decernimus nullas.

Inſuper nullus Judicum predictorum Officialem preficiat, uel Conſiſtorium teneat extra Ciuitatem Herbipolenſem, nec cauſas majores uel eciam minores

*) Archidiaconatus hujus Eccleſiae ampliſſime exhibent *Subſid. Diplomat. Tom. V. pag. 345. ſq.*

nores, judicialem requirentes indaginem et maturam discussionem, extra eandem Ciuitatem nostram decidere presumat, nisi distancia loci aut personarum litigantium qualitas seu paupertas uel alia justa racionabilis et notoria causa subesset, dolo et fraude quomodolibet exclusis.

Item Inhibemus, ne Officialis Curie nostre de causis coram Archidiaconis inceptis et pendentibus se intromittat, nisi per Appellacionem ad ipsum deuoluerentur, Ipsique eciam Archidiaconi de causis inceptis vel pendentibus coram eodem Officiali nostre Curie nullatenus se intromittant.

Item quod nullus ad patrocinandum in Judicijs ecclesiasticis tamquam Aduocatus de cetero admittatur, nisi prius per Dominum prepositum, officialem Curie, et tres Archidiaconos ecclesie nostre Herbipolensis seniores seu per eos, quos ipsi prepositus, Officialis et tres Archidiaconi ad hoc duxerint deputandos, approbatus fuerit et admissus, ac Juramentum infra descriptum publice coram personis predictis prestiterit. Nec debet aliquis assumi In Aduocatum, nisi fuerit sufficiens et ydoneus in sciencia et causarum experiencia repertus, bone fame et conuersacionis honeste, ac grauis in moribus et in patrocinando fidelis et diligens, et in consilijs cautus, Volumus eciam, ut Aduocati libellis, policionibus et Articulis, excepcionibus, replicacionibus, Consilijs et ceteris actis causarum per eos concipiendis seu formandis nomine proprio se subscribant.

Item ſtatuimus et ordinamus, ut Officiales et Judices ſint parati et ſolliciti in exhibenda juſticia partibus ipſis litigantibus, quod ex hoc merito poſſint reconmendari, quodque libellos, Articulos, poſiciones, excepciones, replicaciones et alia acta Judicialia ad Officium Aduocatorum expertorum pertinencia ſaltem in cauſis arduis et grauibus non admittant, neque apud acta cauſe redigi faciant, uel permittant, niſi alicujus Aduocati uel Juriſte ſeu in legibus uel in Canonibus graduati ſigno uel proprio nomine fuerint ſignata, Ipſi eciam Judices et Officiales in cauſis coram eis pendentibus magnis, grauibus et arduis, in quibus ordine judiciario proceditur, non procedant, niſi preſente Notario publico, qui ſingula neceſſaria, que aguntur, fideliter deſcribat, ut de actis et meritis cauſe per legittima documenta conſtare poterit, ſi hoc ex aliqua cauſa fuerit oportunum.

Item diſtrictiſſime prohibemus, ne quis in eadam cauſa uel coram vno et eodem judice duo preſumat exercere officia, ſaltem de quatuor officijs principalibus, videlicet Judicis, Aduocati, procuratoris, uel Notarij. Et quicumque contrarium facere preſumpſerit, per ſex menſes ab omnibus officijs ſit ipſo facto ſuſpenſus, Et ſi ſecundario in hoc repertus fuerit culpabilis, ſit et maneat in famis, ac perpetuo ab omnibus officijs ſuſpenſus, poterit tamen eſſe vnus Officialis vnius Judicis et Notarius alterius et ſic de alijs officijs ſuo modo, Poterint eciam Officiales in paruis cauſis ſiue ſimplicibus ſeu minimis peticiones, reſponſiones et alia

occur-

occurrencia ſcribere ad Regiſtra ſua, et expedire cauſas, ad parcendum laboribus et expenſis parcium, Inſuper, quia officium Aduocatorum debet eſſe honorabile, Ideo ipſi Aduocati mature et grauiter ſe gerere debent.

Item Inhibemus ne quis Aduocatus Juratus preſumat, ſine licencia noſtra, ſeu Vicarij In Spiritualibus pro tempore exiſtentis, in aliquo judicio exercere continue Officium Notariatus, poterit tamen quandoque in cauſis particularibus exercere officium Notariatus, ſi requiſitus fuerit.

Item volumus quod ſi aliqua ardua dubia, uel difficultates Juris in cauſis, coram dictis Judicibus uel officialibus emerſerint, ſuper quo Aduocati ſeu patroni utriuſque partis diſceptauerint, Judex ſeu Officialis, ſi ſibi expedire videbitur, hujuſmodi dubium ſeu difficultatem non diffiniat, niſi conuocatis ipſarum parcium Aduocatis et alijs Juriſperitis In Ciuitate Herbipolenſi exiſtentibus, qui eciam vocati breuiter teneantur, ſuper hujuſmodi dubij diſcuſſione relaciones publicas facere et audire, Ne Judicem vel Officialem ex inprouida cauſarum expedicione et ſentencie promulgacione penitere contingat, Et ne partes vexentur laboribus et expenſis invtilibus, prout prochdolor ſepius extitit expertum.

Item ordinamus, ut fiant diſtinctiones audienciarum ſiue Judiciorum ad evitandum confuſiones et ut Advocati procuratores et Notarij eo liberius et conueniencius circa cauſas ſibi commiſſas intendere valeant, ita videlicet, vt Officialis Curie noſtre

ſtre Herbipolenſis pro tribunali ſedeat publice in loco ſolito et conſueto ſecunda, quarta, et ſexta ferijs dumtaxat hora veſperorum, niſi feſta uel ferie Impediant, Vicarius vero noſter in ſpiritualibus Tercia, quinta et Sabbato de mane Hora terciarum, Ceteri vero Officiales Dominorum Archidiaconorum predictis tercia et quinta ferijs, ac Sabbato hora veſperorum judicia ſua exerceant.

„ Item diſtrictiſſime et in virtute ſancte obe-
„ diencie precipiendo mandamus, ne Officialis Cu-
„ rie noſtre uel Ceteri Judices eccleſiaſtici uel
„ eorum Officiales ſeu Commiſſarij in cauſis mere
„ prophanis de cetero procedant, uel procedi
„ ſcienter permittant, nec Citaciones ſeu aliquos
„ proceſſus in ipſis cauſis mere prophanis ſcienter
„ decernant ſiue tradant, niſi hujusmodi cauſe
„ prophane ex circumſtancijs et qualitate perſo-
„ narum et cauſarum de antiqua conſuetudine lau-
„ dabili et preſcripta ad examen judicis eccleſia-
„ ſtici pertinerent, veluti ſi proponitur in cauſa
„ inter ipſos litigantes fidem manualem loco pre-
„ ſtiti juramenti datam, ſeu Judices temporales
„ uel ſeculares in adminiſtranda juſticia parti con-
„ querenti debite requiſitos fuiſſe negligentes ſeu
„ juſticiam denegaſſe, Aut ſi clericus uel benefi-
„ ciatus contra laicum agere velit et cum eo ſu-
„ per cauſa perſonali prophana aut criminali ex-
„ periri, Aut ſi conſenſus ambarum parcium ad
„ hoc acceſſerit, quibus caſibus cauſe in eccleſia-
„ ſtico foro audiri poterunt et diffiniri, Volumus
„ tamen, quod ſi conquerens proponat juſticiam

„ ſibi

„ ſibi denegatam, uel Judicem fuiſſe negligen-
„ tem, aut fidem manualem loco juramenti pre-
„ ſtitam uel quid ſimile, quod hoc in citacione
„ ſibi tradenda clare exprimatur, Et ſi in proceſ-
„ ſu cauſe contrarium repertum fuerit, uel quod
„ ipſe conquerens falſe uel doloſe expoſuerit, in
„ expenſis et intereſſe parti aduerſe condempne-
„ tur, et cauſa ipſa abſque protractione ad Judi-
„ cem ſecularem remittatur, et ab inſtancia Judi-
„ cij abſoluatur, Item, ut premiſſa melius obſer-
„ uentur, et ut Judicis ſeu procuratoris uel ſigilli-
„ feri ignoranciam eo minus pretendere valeant,
„ uel ſe friuole excuſare, Volumus et mandamus,
„ ut in ſingulis Citacionibus decernendis, tra-
„ dendis et exequendis exprimatur in ipſa Cita-
„ cione ſummarie ſub verbis claris et breuibus
„ cauſa ipſa, quare pars rea citatur, ut ſic expe-
„ riri poſſit, qualis ſit cauſa, an videlicet propha-
„ na vel eccleſiaſtica. Citaciones vero aliter exe-
„ cute et expedite et omnis proceſſus inde ſecutus
„ ipſo jure nullius ſit roboris uel momenti, neque
„ pars rea citata erit obligata ad comparendum,
„ cauſa, ut premittur, In Citacione non ex-
„ preſſa. "

Idem volumus obſeruari in cauſis, in quibus per monicionem abſque Citacione preuia fuerit proceſſum, ut videlicet in monicione ipſa cauſa exprimatur.

Item ſtatuimus et ordinamus, quod nullus ad publicum procuracionis officium In Ciuitate uel dioceſi noſtra Herbipolenſi de cetero admittatur, niſi

nisi de diligencia et fidelitate, probitate ac aliqua experiencia et practica fuerit commendatus, ac super hijs et alijs ad hujusmodi officij exercicium necessarijs per prepositum et Officialem Curie nostre ac tres Archidiaconos seniores seu per eos deputandos fuerit diligenter examinatus, ydoneus repertus, et admissus, et Juramentum procuratorum infra descriptum prestiterit in forma consueta.

Item nullus ex dictis procuratoribus sit in Juriosus verbo uel scriptura in causarum procuratione, nec causas, quas nouerit, Injustas, iniquas uel alias desperatas recipiat, nec pro causarum defensione ad eas diucius maliciose protrahendas materias det ac proponat admissibiles, quas non veras esse sciat aut credat, aut non probabiles per partem suam. Quod si quis Procuratorum in hoc culpabilis repertus fuerit pec cause judicem, qui hoc nouerit, aut in altero premissorum eum deprehenderit, quando sibi de hoc constiterit, perpetuo uel ad tempus, prout casus exigit, a procuracionis officio suspendatur, et alias secundum casus exigenciam puniatur, Insuper Volumus obseruari, si procurator per corrupcionem uel aliam maliciam in causis, quas defendendas suscepit, et eas scienter uel per ejus negligenciam perdiderit in lesionem juris sue partis, ad quecumque dampna et expensas ultra predicta restituenda teneatur.

Item ut refrenetur effrenata multitudo procuratorum, Volumus, ut de cetero dumtaxat sint sex procuratores jurati, et ultra illos sex nullus presumat officium procuracionis exercere sub pe-

na

na expulſionis de ciuitate et dioceſe Herbipolenſi.

Item nullus procuratorum de quacumque cauſa ſe intromittat iudicialiter, in ea procedendo nomine procuratorio, niſi apud acta uel alias legittime fuerit conſtitutus, de qua conſtitucione debite facere debet fidem, Alioquin parti aduerſe in expenſis condempnetur, niſi ſaltim pro reo caueat ſub certa pena, videlicet quod ſufficiens mandatum in termino competenti per judicem aſſignando producat, Aut, ſi conjuncta fuerit perſona uel conſors ejuſdem litis, cum ſufficienti caucione de rato.

Item, quod, quicumque procurator in quacumque cauſa onus procuracionis aſſumpſerit, Litem proſequi teneatur, et defendere dominum ſuum uſque in finem litis. Nec pretextu ſolarij, de quo cautus eſſe debet, ſe poterit excuſare, Alioquin per Judicem Juris remedijs ad hoc compellatur, et parti aduerſe ad expenſas et intereſſe condempnetur.

Item mandamus, quod nullus procuratorum pro domino ſuo aliquid de facto in Judicio reſpondeat, uel proponat, maxime per Juramentum, niſi ſuper hoc a parte ſua plene fuerit inſtructus ſiue informatus, et ſecundum informacionem ſibi factam meram proponere et reſpondere debet veritatem, ſicut periurij penam et grauem ulcionem voluerit euitare.

Item procuratores predicti quemlibet permittant adire libere a principio Judicem ſuum compe-

ten-

tentem, quem maluerit, nec aliquem ad illum uel alium Judicem pocius ad eundem, uel ad friuole appellandum ſeu aliam maliciam aut fraudem committendam inducant, Nec per ſe ipſos talia facere attemptent, Et, ſi circa aliquid premiſſorum aliquem deliquiſſe conuincatur, per Judicem cujus Judicium partem declinare fecit, et aliud adire, ſeu in cujus judicio maliciam uel fraudem commiſit, animaduerſione digna ad arbitrium illius judicis ſecundum qualitatem delicti puniatur.

Item Nullus de cetero ad exercendum officium officialatus cujuſcunque Archidiaconi ad habendum ſigillum pro ſigillandis litteris ſeu proceſſibus judicialibus alicujus Archidiaconi ſeu eciam Curie noſtre ſeu ad exercendum officium Notariatus admittatur, niſi prius coram prepoſito Eccleſie et Officiali Curie noſtre et tribus Archidiaconis ſenioribus ſeu per ipſos deputandos preſtiterint Juramenta infra ſcripta, Omnia eciam per ipſos Officiales et Notarios in Judicio uel extra acta, geſta et facta per Sigilliferos Sigillata ante hujuſmodi Juramentum preſtitum ipſo Jure ſint nulla et irrita, et alias ad noſtrum arbitrium ſeu ſucceſſorum noſtrorum aut vicarij in Spiritualibus grauiter punietur, Volumus eciam, ut officialis Curie noſtre, qui pro tempore aſſumetur, antequam Officiolatus exerceat officium, nobis et ſucceſſoribus noſtris Jurare teneatur, quod hujuſmodi ſtatuta et ordinaciones, in quantum ipſum et officium ſuum concernunt, fideliter obſeruabit.

Item

Item Inhibemus, ne aliquis Aduocatorum ſeu procuratorum paciſcatur cum parte de certa quota litis, nec Aduocatus cum procuratore, uel procurator cum pedello, aut Viceuerſa conueniant de Sollario inter eos diuidendo, uel aliqua alia certa porcione ſubleuanda, Culpabiles in premiſſis inuenti per Judicem pena infamie notentur, Officiales eciam et Judices nullatenus conueniant cum Notarijs coram eis ſcribentibus de certa quota ſollarij Notario debita cum ipſis diuidenda.

Item Volumus, ut certus habeatur numerus pedellorum ac Nunctiorum Juratorum, Videlicet ſex in numero, ad Citandum referendum mandata deferenda et exercenda, que officium ipſorum requirit, tales eciam Nuncij tam In Ciuitate Herbipolenſi quam ad literas deferendas omnibus et ſingulis Archidiaconis Officialibus et Judicibus debent eſſe communes, et mittendi per campos arma Judicum, uel alia ſigna deferant ante ſe in pixide in aperto per que, quod veri et Jurati ſint Nunctij, diſcernatur, Niſi forſan quandoque propter metum uel aliqua cauſa racionabili duxerint ſuper ſedendum. Nullus eciam recipiatur pro Nunctio uel pedello, niſi prius ſolitum preſtiterit in preſencia Officialis et aliorum ſuperius expreſſorum juramentum, permittimus tamen, quod, ſi aliquis ex Judicibus ſeu ex Archidiaconis predictis ſpecialem voluerit habere pedellum, hoc poterit, dummodo talis pedellus coram dictis perſonis juramentum infra ſcriptum ipſum concernens preſtiterit in forma debita.

Item Nunctij ſeu pedelli Jurati literas ſeu mandata ipſis preſentata illis, quibus ſunt preſentanda, realiter cum effectu preſentent, et nullatenus fraudulenter illas uel illa lacerant uel abſcondant, Et ſi quis in hoc repertus fuerit culpabilis, per Judicem ab officio ad tempus uel perpetuo ſecundum qualitatem delicti ſuſpendatur et alias ad arbitrium judicis puniatur.

Item ſi Nuncius Juratus neglexerit aliquam literam preſentare tempeſtiue, tunc illam proprijs ſub expenſis faciat reformare, niſi juſta et racionabili cauſa merito excuſetur, Ipſi eciam Nunctij ſeu pedelli in itinere ad portandas literas uel proceſſus judiciales conſtituti nullatenus cum taxillis pro pecunijs ludere preſumant, nec aliquas inſolencias faciant, per quas iter ſuum impediri valeat, ſeu Judicia uel Jurisdictiones aut Judices uel Officiales vituperia, ſcandala, uel oblocuciones metito pati, Et ſi culpabiles in hoc reperti fuerint, pro qualibet vice vnum florenum auri Renenſem ſoluat fabrice eccleſie noſtre Herbipolenſis, Et ad arbitrium iudicis Níchilominus puniantur, Volumus Inſuper, ut quociens Judicum uel Officialium Citacionis uel Monicionis execucio uel intimacio in tantum fuerit retardata, quod perſona citanda uel monenda ſeu ejus reſponſalis in termino Citacionis uel Monicionis, propter propinquitatem ipſius termini conſiderata longinquitate ſeu diſtancia loci conputando, videlicet ad minus ſaltem duo miliaria pro qualibet die inter intimacionem

nem

nem factam, et terminum Citacionis uel monicionis non poterit commode conparere, tunc hujusmodi Citacio uel Monicio per plebanum seu alium, cui ipsa litera directa uel presentata fuerit, mandari execucioni non debet, persona quoque Citata minime comparere teneatur.

Item Citaciones, Moniciones et alij processus parti ree personaliter uel saltem per plebanos uel viceplebanos uel alios Capellanos seu diuinorum Rectores In Ambonibus ecclesiarum diebus dominicis et festiuis dumtaxat in audiencia plebis seu populi publicari et publice intimari, de cetero ut ab antiquo fieri est consuetum, debebunt.

Item si Citatus in termino nón comparuerit per se uel ydoneum responsalem accusat actor seu ejus procurator contumaciam rei docendo, si bono modo poterit, de execucione Citacionis per Sigillum seu subscripcionem illius, qui ad execucionem ipsius mandati fuerit deputatus, uel per Nunccij jurati fedelem relacionem, et hoc registretur et petatur Monicio in forma debita decerni contra contumacem. Alioquin si processum fuerit contra aliquem tamquam contumacem, et contumacia Citati ac comparicione actoris uel sui procuratoris non constiterit per Registrum causarum, omnis processus inde subsecutus sit invalidus, reusque sine difficultate absoluatur, et actor ipsi reo in expensas condempnetur, Si autem in termino Citacionis actor contumax fuerit, cujus contumacia major est quam rei, et reus comparuerit, ex tunc actor condempnetur Citato in expensas, Nec ad Citacio-

nem aliam obtinendam admittatur, nisi cum caucione debita, ulterius fideliter comparendo, si autem in termino Citacionis actor et reus ambo contumaces fuerint, fiat compensacio hinc inde.

Item Inhibemus Judicibus et Officialibus prefatis, ne in causis coram ipsis pendentibus per saltum scienter procedant, Quod si factum fuerit, processus ipso jure sint nulli, plebanique et ceteri executores requisiti ad execucionem seu obseruanciam mandatorum seu processuum per saltum fulminatorum uel emissorum minime teneantur, et in hoc culpabilis repertus reo ad interesse ac in expensis condemnetur, et ad arbitrium judicis debite puniatur, debent tamen ipsi plebani et ceteri executores de hujusmodi exorbitanti processu judici cause fidem facere per propria scripta aut relacionem fidelem, sed si plebanus uel Executor processum asseruerit per saltum fore processum, uel se priores processus non recepisse, si de mendacio conuictus fuerit per judicem cause, animaduersione condigna puniatur ad arbitrium judicis.

Item Suspensionum, Excommunicacionum, Aggrauacionum, Reaggrauacionum, sentencie et aliorum processuum littere per dictos Judices seu eorum Officiales, seu Commissarios debent fieri sub debita juris forma, Nec non debitis et ab antiqua consswetudine introductis temporum interuallis. Ita videlicet quod inter vnum et alium processum scilicet inter precedentem antea vtique debite executum et inter subsequentem recipiendum ac eciam intimandum sit ad minus vnius quindene interual-

lum

lum elapſum, Proceſſus aliter fulminati nullius ſint roboris uel momenti, Actor eciam ſiue procurator reo ad intereſſe et expenſas teneatur, et alias ad arbitrium judicis puniatur.

Item ad obuiandum grauibus animarum periculis ac diuerſis ſcandalis Volumus et mandamus, ut poſt proceſſum Inhibicionis, communionis, ſeu littere participancie communiter nominate non inmediate ad interdicti eccleſiaſtici uel inhibicionis eccleſiaſtice ſepulture promulgacionem procedatur, ſed prius premittatur proceſſus, talem continens effectum videlicet, ut moneantur Officiati, ſculteti, ſcabini jurati majores et pociores ſuo ac vniuerſitatis hominum nomine, ut infra quindenam poſt hujuſmodi monicionem excommunicatum etc. extra ſue communionis conſorcia ad dicti loci terminos eiciant penitus et excludant, vel ſaltem reum ad hoc teneant et cum effectu inducant, ut ſe medio tempore actore cum predicto amice uel in Jure componat, ſeque ab excommunicatore humiliter abſolui procuret, Et ſi illo non obſtanti proceſſu in cenſuris Nichilominus ſorduerit, tunc poſt quindecim interuallum dierum ceſſacio diuinorum in locis, in quibus excommunicatus ipſe aggrauatus et reaggrauatus viſus fuerit uel moram traxerit, in forma debita fulminetur, Et quindecim diebus ex poſt elapſis, ſi ipſius excommunicati contumacia exegerit, poterit poni ceſſacio diuinorum poſt ipſius receſſum ad tres dies, Et in tercia quindena ad ſex dies, Et deinde poſt quindecim dies ad nouem dies, Iſtisque proceſſibus

 ſuc-

ſucceſſiue fulminatis poterit tunc demum in caſibus a Jure permiſſis procedi cum maturitate ad interdicti eccleſiaſtici obſeruanciam et eccleſiaſtice ſepulture inhibicoinem juxta contumacie et protervitatis exigenciam ſeruatis gradibus interualli et formis in ceſſacione diuinorum ſuperius expreſſis, proceſſus vero aliter fulminati ipſo facto ſunt nulli, Actorque ſeu ejus procurator in hoc culpabilis teneatur reo ad expenſas et intereſſe, tunc Nichilominus per Judicem ſecundum qualitatem delicti grauiter puniatur, In caſibus tamen, ubi propter ſpoliacionem ſeu capcionem perſonarum eccleſiaſticarum ſeu pedellorum uel Nunciorum juratorum ſeu pro defenſione eccleſiaſtice libertatis et judiciorum eccleſiaſticorum uel alias in caſibus a Jure uel ſtatutis Sinodalibus permiſſis fuerit ex officio procedendum, predictus ordo uſquequaque non erit obſeruandus, ſed tunc procedi poterit debite, prout negocij qualitas requiret.

Item ceſſacio a diuinis, Inhibicio eccleſiaſtice ſepulture et ſentencia interdicti tantum deinceps promulgentur In eccleſia parrochiali Ville Opidi ſeu loci dumtaxat, infra cujus limites perſona excommunciata, in cujus contumacie penam ſic proceditur, domicilium habet uel reſidet, ſeu moram duxerit, et nullatenus extendatur, ad alias eccleſias eciam filiales a matricibus eccleſijs ſeparatas.

Item Officiales, Judices et alij Sigillatores nullam litteram Sigillent, niſi prius littera ipſa viſa et lecta fuerit per eos ac diligenter examinata, Et ſi hujusmodi littere uel proceſſus in ſtilo debito,

to, congruitate, materia uel forma peccent, nullatenus Sigillum apponant, Et ſi forte appoſitum fuerit ſigillum, dilacerent. Sigillum eciam nullatenus apponant ad membranas non deſcriptas uel ad Citaciones in quibus terminus comparicionis uel nomen actoris uel rei uel data littere non eſt deſcriptus, nec alias ſpacium vacuum in litteris ipſis ſiue proceſſibus infra principium et finem littere fieri permittant, ad euitandum fraudes ſepius in talibus, experiencia docente, commiſſas. Terminus eciam in citacione comprehenſus nullatenus debet radi uel deleri, uel alius terminus comparicionis interlinialiter uel in ſpacio ſeu alijs inſcribi, ſub graui pena, talia doloſe committenti, infligenda.

Item Notarij cauſarum diligentes et attenti exiſtant in commiſſo ejus officio, omneſque actus Judiciales clare, diſtincte et ſubſtancialiter in manuali ſuo ſeu memoriali in judicio, coram quo ſcribunt, et in preſencia parcium, ſi expectare voluerint, conſcribere non poſtponant, Et poſtquam conſcripſerint In Regiſtrum, ſi per Judicem aut partes, uel earum aliquam requiſiti fuerint, fideliter redigant uel redigi faciant in formam publicam, requiſiti eciam ab ipſis partibus uel earum aliqua in ſingulis terminis ſucceſſiue copiam, cum per Judicem decreta fuerit, ſine fraude et difficultate quacumque faciant, ſaluo eorum juſto ſollario.

Item examinacio teſtium debite cum diligencia et cum maturitate fieri debet, non quidem per imperitos et inexpertos judices et Notarios,

ſed adhibeatur ſemper aliquis in hijs peritus et expertus et partibus non ſuſpectus, alias ſi per ignoranciam uel inprudenciam examinatoris ſurgat leſio alicujus partis, idem examinator, ad refuſionem expenſarum dampnorum et intereſſe teneatur, arbitrarie nichilominus per ſuum ſuperiorem puniendus.

Item Volumus, ut Judices et Officiales in cauſis, in quibus judicialiter coram eis fuerit procedendum, debite procedant, partibus juſticiam miniſtrent, lites, in quantum poterint, faciant breuiores, amputent dilacionis materiam, Excepciones, appellaciones et dilaciones fruſtratorias repellant, parcium, aduocatorum et procuratorum contenciones et jurgia teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrenant, et alias taliter in omnibus mature ſe habeant, ne partes ex proceſſu indebito laboribus et expenſis contra juſticiam grauentur.

Item Officiales et Commiſſarij dominorum Archidiaconorum, officium viſitacionis exercentes, parrochias ſiue perſonas viſitatas indebitis ſeu oneroſis procuracionibus ſiue exactionibus grauare aliquatenus non preſumant, neque ſumptuoſas et ſuperfluas expenſas querant, ſed cum graciarum actione accipiant, id quod honeſte et competenter eis fuerit miniſtratum, ac in cunctis agendis taliter procedant, ut non, que ſua ſunt, ſed que iheſu Criſti, querere videantur, in Sinodis eciam per eos celebrandis non inquirant nec corrigant crimina, ſecularia ſiue temporalia, que ad correctionem judicum ſecularium pertinent, neque de colum-

lumbarijs uel empcionibus et vendicionibus, ſeu de illis, que circa pondera et qualitates rerum vendibilium pro vſu humano et ſimilem falſitatem committunt, De peccatis eciam et delictis laicorum, quorum correctio ſeu penitencie inpoſicio ad plebanos ſeu ſacerdotes in foro anime pertinet, ſe nullatenus intromittant, niſi ſuper hijs per plebanos fuerint requiſiti etc. Sed dumtaxat de criminibus eccleſiaſticis non quidem minimis ſiue paruis uel occultis ſed grauibus et manifeſtis debite inquirant et corrigant, ut puta de adulterio et fornicacione, ſacrilegio, Vſura, Inceſtu, de illicite in matrimonio conjunctis, de malefactoribus et invaſoribus eccleſiarum et vſurpantibus jura ipſarum ac violacione libertatum eccleſiaſticarum et ſimilibus, Nullatenus tamen de crimine hereſis uel ſimilibus cognoſcendo uel decidendo, ſeu in caſibus nobis uel ſuperioribus noſtris a Jure uel conſwetudine reſeruatis Abſoluendo uel diſpenſando, quomodolibet ſe intromittant, ſed ad nos ſeu ad vicarium noſtrum generalem in Spiritualibus remittant, proceſſus eciam penales generales uel ſpeciales contra ſpoliatores rerum ſeu perſonarum eccleſiaſticarum ſeu alias per ſtatuta provincialia et ſinodalia fulminatos ſiue editos nullatenus decernant, uel concedant, ſed ad nos uel vicarium noſtrum in Spiritualibus exequendum remittant, ſicuti ab antiquiſſimis temporibus obſeruari conſweuit.

Item nullus Judicum Officialium ſeu Commiſſariorum de cetero per ſe ſeu per quamcumque

 ſub-

ſubmiſſam perſonam citare aut monere aut alias quomodolibet requirere preſumat, clamdeſtine ſeu ſecrete virum uel mulierem jurisdictionis ſue ut ſecum ipſo ſuove commiſſario in hac parte occaſione accuſacionis aut inquiſicionis uel denunciacionis aut delacionis ſeu diffamacionis ipſius perſone ſubdite ſuper adulterio ſeu fornicacione aut alio crimine quouiſcumque expediat uel componat, aut pecuniam exquiſita iniquitate extorqueat uel recipiat, aut fieri id permittat, prout nobis, quod dolenter referimus, de plerifque perſonis non ſine diſpendio ſubditorum noſtrorum ac plurimorum ſcandalo eſt delatum, Contrarium facientes ab officio judicandi per Annum ſint ſuſpenſi et aliter ſecundum qualitatem delicti puniantur, Et ſi in hoc pluries deliquiſſe conuincantur, ſint infames, et a dioceſe Herbipolenſi expellendi.

Item diſtricte Inhibemus, ne Officiales et alij ex officio contra aliquem ſuper crimine uel criminibus inquirant, niſi talis fuerit in Sinodo denunciatus uel diffamatus uel notabiliter ſuſpectus, Et ſi talis innocentem ſe pretenderit, danda erit ſibi libertas defendendi vijs et modis licitis et juſtis, Et ſi de hujuſmodi crimine, de quo diffamatus fuerit, conuinci non poteſt, poterit ad expurgacionem ſine difficultate admitti, prout volunt canonica inſtituta. Criminoſos eciam Notarios ſiue manifeſtos conuictos condempnatos uel confeſſos debite ſecundum qualitatem delicti et perſone circumſtancijs conſideratis ſpiritualiter ſeu temporaliter, prout ſaluti illius criminoſi videbitur expedire,

dire, animaduerſione condigna puniant et in omnibus taliter agant, ut ſemper circa ſalutem animarum incedant, et nullatenus propter queſtum pecuniarum ſuſtineant aliquos ſordeſcere in delictis, prout, prochdolor, de die in diem experimur.

Item contra omnes et ſingulos cujuſcumque ſtatus homines viſitaciones, accuſaciones ſiue denunciaciones ſynodales ſeu correctiones criminum impedientes ſeu impedimenta preſtantes procedatur via Juris, ſi viſum fuerit expedire, preſertim contra illos, quos abſque graui periculo procedi poterit, Et compellantur tales impeditores per cenſuram eccleſiaſticam et per alia Juris remedia ut tales denunciaciones ſynodales et correctiones de cetero admittant, Nec publice uel occulte, per ſe uel alios directe uel indirecte quouis queſito colore impediant, in forma meliori, qua id fieri poterit.

Item quocienscumque Juramenta, infra deſcripta ab Aduocatis, Officialibus, Sigilliferis, procuratoribus, Notarijs ſeu pedellis aſſumptis uel aſſumendis fuerint pro tempore recipienda et preſtanda, extunc Officialis Curie noſtre requiſitus ſignificabit ſeu intimari faciet per pedellum, aut alias debite prepoſito et tribus Archidiaconis ſenioribus eccleſie noſtre Herbipolenſis uel certis loco et hora per ipſum Officialem aſſignandis preſentes ſint, ſi voluerint, ad videndum recipi juramentum a tali, et intimacione, ſic ipſis prepoſito et tribus Archidiaconis facta, ſi preſentes fuerint, aduenientes loco die et hora aſſignatis liberam

ram

ram et plenam habebunt poteſtatem recipiendi Juramenta abſencia aliorum non obſtante. Et ſi aliquid dubium forſan in premiſſis occurrerit uel contrauerſia, extunc pro hujuſmodi dubij, uel contrauerſie decisione ad nos et ſucceſſores noſtros Episcopos ſiue ad vicarium generalem in Spiritualibus pro tempore exiſtentem recurſus erit habendus, Et ſi forſan aliquis ex predictis preposito ſiue Archidiaconis noluerit uel non poterit eſſe preſens, poterit, ſi ſibi placuerit, aliquem honeſtum loco ſui deputare, Mandamus eciam Officiali Curie noſtre, ut ipſe librum ſiue libellum de pergameno componi faciat, in quo ſtatuta et ordinaciones hujuſmodi debite in bona et conuenienti ſcriptura deſcribantur, ut quilibet qui voluerit exinde copiam habere valeat, Statuimus eciam et ordinamus, quo ſi Officialis Curie noſtre aut prefati Archidiaconi aut eorum Officiales negligentes fuerint, uel remiſſi ad corrigendum iſtos, qui contra noſtra ſtatuta hujuſmodi aliquid facere temere attemptarunt, ſic, quod infra quindecim dies, poſtquam eis conſtiterit de hujuſmodi exceſſu perpetrato, tales culpabiles, prout ad eos et quemlibet eorum ſpectat, punire non curauerint, ſiue curauerit, extunc poteſtas corrigendi ipſos delinquentes et eciam officiales ſeu Judices, ut premittitur, in puniendo negligentes ad nos et ſucceſſores Epiſcopos et ad vicarium in Spiritualibus generalem pro tempore exiſtentem deuoluatur.

Ceterum, quia laboranti non eſt debite mercedis exhibicio deneganda, expedit, ut per ſtatuta

et

et ordinaciones certus modus racionabilis et discretus assignetur, per quem judicibus, procuratoribus, scriptoribus, Notarijs, et pedellis pro eorum sollario moderato satisfiat et litigiantes, qui litigiorum Inuoluuntur confractibus, et plerumque fatigantur laboribus diuturnis, superfluis expensarum effusionibus non grauentur.

Item Aduocati, procuratores et Notarij recipiant sollaria moderata juxta qualitatem negociorum et personarum, ponderatis circumstancijs occurrentibus, sic quod partes ultra modum seu alias indebite non grauentur, quod si Aduocatus procurator seu Notarius excessiuum exegerit sollarium, ad arbitrium Judicis ipsius cause sollarium ipsum debite moderetur, Habito desuper consilio aliorum Aduocatorum, procuratorum seu Notariorum. Et si quis frequenter repertus fuerit impudicus aut Inmoderatus exactor sollarij, per Judicem puniatur, uel ab officio suspendatur, prout judici videbitur, expedire.

Item procurator in causis communibus pro quolibet termino judiciali recipere poterit quatuor denarios monete currentis, In grauibus vero causis, si litigantes habundant, duplum recipiant.

Item pro Citacione, in qua causa est exprimenda, recipi debent duo denarij pro scriptore, et vnus denarius pro Sigillo.

Item pro monicione duo denarij scriptori, et duo denarij pro Sigillo.

Item pro littera Crescente scriptori duo denarij, et pro Sigillo tres denarij.

Item

Item pro littera participante ſcriptori duos denarios, et pro Sigillo tres denarij.

Item pro proceſſu ſimplicis Ceſſacionis a diuinis tres denarij ſcriptori, Et pro Sigillo quatuor denarij.

Item pro ceſſacione a diuinis ad triduum ſcriptori tres denarij, et pro Sigillo quatuor denarij.

Item pro ceſſacione ad ſex dies Scriptori tres denarij, et pro Sigillo quinque denarij.

Item pro ceſſacione ad novem dies ſcriptori tres denarij et pro Sigillo ſex denarij.

Item pro proceſſu interdicti eccleſiaſtici ſimplicis quatuor denarij ſcriptori, et pro Sigillo octo denarij.

Item pro proceſſu interdicti ad tres dies ſcriptori quatuor denarij, et pro Sigillo decem denarij.

Item pro proceſſu interdicti ad Sex dies ſcriptori quatuor denarij, et pro Sigillo duodecim denarij.

Item pro proceſſu interdicti ad Novem dies ſcriptori quatuor denarij, et pro Sigillo quatuordecim denarij,

Item pro proceſſu interdicti ad duodecim dies ſcriptori quatuor denarij, et pro Sigillo Sedecim denarij.

Item pro ſcriptura cujuslibet abſolucionis et interdicti relaxacionis et Effectus tres denarij.

Item pro ſimplici Abſolucione, uſque ad ceſſacionem diuinorum duodecim denarij pro Sigillo.

Item

Item pro Abſolucione ceſſacionis diuinorum quotcumque dierum pro Sigillo quindecim denarij.

Item pro Relaxacione interdicti eccleſiaſtici quotcumque dierum viginti quatuor denarij pro Sigillo.

Item pro effectu cujuslibet proceſſus penalis duodecim denarij, Volumus tamen et mandamus, ut Is, qui excommunicatum abſoluit, ultra dictos denarios ſcriptori et Sigillifero ſoluendos penitenciam ſiue emendam ſpecialem ſecundum qualitatem negocij et perſone imponat conſideratis circumſtancijs in hoc ponderandis, ut, ſi diu in ſentencijs ſorduit et plures proceſſus ſunt contra eum fulminati, ſecundum hoc grauiorem emendam imponat, ad jejunandum videlicet uel ad faciendum elemoſinas, ſeu ad ſoluendum ad pios vſus pecuniam, ſiue ad dandum ceram pro candelis vtendis ad diuina officia preſertim in eccleſijs eorum parrochialibus, ſub quibus degunt ipſi excommunicati, uel alibi, et ſic de ſimilibus ſecundum diſcrecionem abſoluentis, Ordinamus eciam, ut de denarijs, pro Citacione et alijs proceſſibus penalibus ſuperius expreſſis ſoluendis, nulla fiat per ſcriptores et Sigilliferos remiſſio, niſi Judicibus, Archidiaconis et eorum Officialibus ac Aduocatis, procuratoribus et Notarijs in proprijs cauſis agentibus, qui merito ſpeciali prerogatiua gaudere debent, Circa tamen Abſoluciones fiendas ſuperius expreſſas poterit propter Nobilitatem, paupertatem, duriciam ſeu aliam cauſam fieri remiſſio

missio in parte uel in toto, prout expedire videbitur, de speciali eciam et expresso mandato domini sui poterit Officialis quandoque remittere pecunias superius taxatas.

Item pro Nunccio deferenti litteras siue processus inter partes pro quolibet miliari computentur duo denarij et non ultra, nec ad plus soluendum obligetur aliquis in taxacione expensarum.

Item Nunccio in Ciuitate Herbipolensi Citanti et referenti dabuntur duo denarij.

Item Notarius cause in Judicijs Ordinarijs pro Registranda contumacia siue comparicione alicujus uel aliquorum pro qualibet persona recipiet duos denarios.

Item pro singulis alijs terminis judicialibus registrandis tres denarios.

Item, si non offertur libellus, sed peticio verbis proponitur, et in actis petitur registrari, pro registracione recipiat Notarius quatuor denarios.

Item pro recessibus de Registro seorsum scribendis Notario tres denarij, et pro Sigillo quatuor denarios.

Item, si forsan recessus esset nimis prolixus propter protestaciones procuratorum seu parcium uel alia de causa, recipiatur duplum pro Notario sed pro Sigillo tantum quatuor denarij recipiantur.

Item Mandamus et ordinamus, ut de cetero acta causarum conscribantur in folijs et sexternis more Romane Curie, eum magnis spacijs et spaciosa scriptura, ita, quod quilibet locus foliorum contineat circa viginti quatuor rigas, et quelibet

riga

riga circa ſex uel ſeptem dictiones, et pro ſcriptura cujuslibet folij octo denarij.

Item pro Sigillo cujuslibet folij in ſexternis debent ſolui quatuor denarij.

Item pro examine cujuslibet teſtis et Juramento quindecim denarij.

Item pro ſcriptuta interlocutoria ad Regiſtrum ſex denarij.

Item pro ingroſſacione interlocutorie duodecim denarij.

Item pro ingroſſacione diffinitiue ſentencie triginta denarij.

Item pro Sigillo interlocutorie triginta denarij.

Item pro Regiſtracione actuum, que fiunt extra judicium, puta donacionum et contractuum, et ſic pro Notario decem denarij.

Item pro Sigillo diffinitiue ſentencie duos florenos. Si tamen partes fuerint notabiliter pauperes, minus recipiatur.

Item pro Sigillo agendorum extra judicium ut puta donacionum, recognicionum confeſſionum, vnum florenum. Sed attento, quod in cauſis et negocijs grauibus, majoribus ſeu arduis cum majori grauitate fuerit procedendum, et pro tanto receſſus et alia in illis extenſius fiunt, Et ſecundum hoc eciam ſollarium Notariorum eſt taxandum, ut Judex conſideratis circumſtancijs et qualitatibus cauſarum ac experiencia et diligencia Notarij plus uel minus taxet, ſic quod equalitatem hincinde obſeruet et nullus indebite grauetur.

Item, cum vertitur in dubium, an causa sit ardua uel magna, arbitrio judicis committimus, qui singulis circumstancijs pensatis hoc diffiniat, sic quod litigantibus grauamina indebite non inferantur.

Item Insuper ordinamus, quod in causis coram Vicario in Spiritualibus ventilandis, vel coram delegatis uel subdelegatis domini nostri pape seu eciam conseruatoribus uel sub-Executoribus pendentibus motis uel mouendis, coram quibus consweuerunt cause magne et ardue frequenter tractari, pro Notario et Sigillo duplum respectu premissorum soluatur.

Juramentum Officialis Curie. Ego promitto et Juro, quod officium officialatus michi commissum fideliter et sollicite exercebo, et specialiter reddendo justiciam vnicuique, nichilque in grauibus, majoribus, arduis causis uel negocijs, in quibus fuerit dubium notabile, interloquendo uel diffinitiue pronunciando faciam absque alicujus Jurisperiti maturo consilio. In causis eciam grauibus, arduis et magnis coram me pendentibus, in quibus ordine judiciario proceditur, non procedam, uel terminos seruabo, nisi Notario publico presente, libellos, posiciones, articulos aliaque acta judiciaria, ad officium Aduocatorum spectancia, in causis arduis non admittam, nisi alicujus Aduocati uel Jurisperiti signo uel nomine fuerint signata. In causis mere prophanis scienter judicialiter non procedam, neque Citacionem uel alios processus in hujusmodi causis alicui scienter tradam, casibus tamen, in statutis presentibus expressis, exceptis,

nisi

nisi de expresso mandato superioris mei me hoc facere oporteret, Statuta eciam et ordinaciones per Reuerendum in Cristo patrem et dominum, dominum *Johannem* Episcopum Herbipolensem Anno domini Millesimo quadringentesimo Vicesimo secundo, die Mensis Junij, factas et facta, in quantum me et officium michi commissum concernunt, fideliter obseruabo, et ab alijs, quantum in me erit, obseruari faciam, dolo et fraude quomodolibet exclusis, et sic me deus adiuuet et conditores quatuor ewangeliorum.

Juramentum eorum quibus committitur officium Sigillandi litteras siue processus. Ego promitto et Juro, quod circa officium, Sigillandi litteras et processus, michi commissum fidelis et diligens ero in causis mere prophanis, nisi in casibus michi statutis presentibus expressis, Citaciones uel processus minime scienter Sigillabo, litteras eciam uel processus, nisi prius ipsis visis lectis et examinatis, non sigillabo, ad membranas eciam seu cartas non descriptas, adCitacionesque seu processus, certos terminos comparicionis requirentes, sine conscripcione terminorum scriptas, uel alias ad scripturas interliniales seu vicium aliud manifestum in locis suspectis pacientes Sigillum nullatenus scienter apponam, pecunias eciam debitas pro litteris Citacionis uel eciam monicionis ac alijs processibus penalibus Sigillandis non remittam, nisi personis in statutis presentibus expressis, uel nisi mandatum speciale et expressum domini mei ad hoc accesserit, pecunias eciam per me de Sigillo recipiendas domino meo absque diminucione tra-

 dam,

dam, obſeruabo et obſeruari, quantum in me erit, et in quantum me concernunt, omnia et ſingula ſtatuta per Reuerendum in Criſto patrem et dominum, dominum *Johannem* Epiſcopum Herbipolenſem de Anno domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſecundo die Menſis Junij facta et tradita, ſic me deus adiuuet et Conditores quatuor ewangeliorum.

Item ordinamus, quod ſi vna et eadem perſoſona duo uel tria ſeu plura habuerit officia, tunc Juramentum cujuslibet officij ſpecialiter et ſpecifice, antequam admittatur, jurabit.

Juramentum Aduocatorum. Ego promitto et Juro, quod officium Aduocandi fideliter geram et ſollicite exercebo et ſpecialiter in patrocinando et conſulendo, nunquam eciam iniquam ſiue Injuſtam cauſam ſcienter fouebo, et cum de iniquitate uel injuſticia ejus michi conſtiterit, eam amplius non fouebo, nichilque proponam uel allegabo per me uel alium pro cauſa protrahenda uel ad vexandum indebite aduerſarium clientuli mei laboribus et expenſis, cum clientulis eciam meis pro quota parte non paciſcar, Statuta per Reuerendum in Criſto patrem et dominum, dominum *Johannem* Epiſcopum Herbipolenſem de Anno domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſecundo die Menſis Junij facta et edita, in quantum me concernunt, fideliter obſeruabo et ab alijs, in quantum in me erit, obſeruari faciam. ſic me deus adjuuet et conditores quatuor ewangeliorum.

Jura-

Juramentum procuratorum. Ego promitto et Juro, quod Officium procuracionis michi commissum fideliter geram et sollicite exercebo absque dolo et fraude, Injustas et iniquas causas scienter non promouebo, in eis procurando seu officium procuracionis exercendo, Nec cum parte de certa quota litis paciscar, neque, ut falsum respondeat uel calumpniose agat uel defendat in Judicijs, non Inducam, pro dominis eciam meis uel contra ipsos penitus nichil negabo uel fatebor judicialiter, nisi ab eisdem dominis meis michi fuerit commissum, seu per ipsos ad sic negandum uel faciendum fuero informatus. Insuper per me uel alium publice uel occulte quouis quesito colore non inducam uel informabo personam aliquam ad recipiendum litteras Citacionis, uel alios processus ad litigandum Judicialiter Coram Officiali Curie domini Episcopi Herbipolensis, et non coram Archidiacono loci, uel econtra ad litigandum coram loci Archidiacono et non Officiali predicto, sed permittam, quamlibet personam, ubi sibi placuerit judicialiter litigare et litteras et processus judiciarios impetrare, Quodque testes non informabo de falso, nec subornabo, partem eciam meam ad friuole appellandum, seu fraudem et maliciam exercendam, non inducam taliaque per me non faciam, Nec scienter falsum in Judicio respondebo, litteras et processus judiciales per me dirigendos siue directos non radam, non Cancellabo, maxime in terminorum prefixione et propriorum nominum descripcione, seu alijs locis merito suspectis,

Aliaque omnia et ſingula in ſtatutis, per Reuerendum In Criſto patrem et dominum, dominum *Johannem* Epiſcopum Herbipolenſem editis, contentis, in quantum me concernunt, fideliter et abſque fraude obſeruabo. ſic me deus adiuuet et hec ſancta ewangelia.

Juramentum Notariorum. Ego Juro et promitto, quod Officium Notariatus michi commiſſum fideliter et ſollicite exercebo, non ero promotor, ſeu procurator in cauſis, que coram judice meo agitentur, ſeu agitari contigerit, in cauſis in quibus fuero Notarius deputatus. Omnes actus judiciarios ſubſtanciales in memoriali ſeu manuali in Judicio et preſencia parcium, ſi hoc expectare voluerit, conſcribam, et, poſtquam illos conſcripſero, ipſos nec non Inſtrumenta et omnia alia et ſingula in cauſis producta, ubi requiſitus a Judice uel partibus earum aliqua fuero, in Regiſtro fideliter redigi faciam, requiſitus ab eisdem partibus uel earum aliqua ſingulis terminis ſucceſſiue partibus ipſis copiam, cum per Judicem decreta fuerit, ſine difficultate et fraude quacumque faciam ſaluo meo juſto ſollario, et ſecreta cauſe ſecrete ſeruabo et preſertim conſilia Judicis, dicta teſtium, uſque ad eorum publicacionem ac ſentencias tam diffinitinas quam interlocutorias, donec fuerint prolate, nullam eciam perſonam inducam per me uel per alium, ut in conſiſtorio illius uel alterius litteras uel proceſſus judiciales impetret, ſed quemlibet ad Judicium, ubi velit adire, permittam, Statuta eciam per Reuerendum In Criſto patrem et dominum,

num, dominum *Johannem* Episcopum Herbipolensem Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, die Mensis Junij edita et eciam in futurum edenda, in quantum me concernunt, obseruabo. Sic me deus adiuuet et hec sancta dei ewangelia.

Juramentum Nunctiorum, Ego promitto et Juro, quod officium michi commissum fideliter sine fraude pro posse et nosse agam et explebo, litteras eciam et processus michi committendos ad deportandum ad loca deputata personaliter deferam, seu deferri per alium fidelem Nunctium faciam, prout oportunum fuerit, processus Insuper litteras seu mandata in execucione seu publicacione neglectos seu retardatos ad execucionem demandari seu publicari scienter non faciam nec permittam, sed eas, si culpabilis fuero in hac parte, faciam meis expensis et laboribus renouari, litterasque hujusmodi et processus publicandos ad plebanos seu executores eorum deferam, locis et temporibus oportunis parti personaliter aut in Ambonibus ecclesiarum coram populo siue plebe publice intimandos, uel saltim transumptum seu copiam hujusmodi litterarum seu processuum apud eosdem executores dimittam. Statuta eciam per Reuerendum in Cristo patrem et dominum, dominum *Johannem* Episcopum Herbipolensem de Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo et de Mense Junij edita et in futurum edenda, in quantum me concernunt, fideliter obseruabo,

 Sic

Sic me deus adjuuet et quatuor conditores ewangeliorum.

Vt igitur ordinaciones et ſtatuta noſtra hujusmodi, que perpetue futuris temporibus cenſemus Inuiolabiliter obſeruentur, et ne illa ob memorie labilitatem humane obliuioni dentur, Et ut Officiales, Judices, Aduocati, Sigilliferi procuratores, Notarij, pedelli et Ceteri per ordinacionum et ſtatutorum eorumdem audienciam et inſpectionem aſſiduam circa eorum obſeruanciam attencius vigilent, et ſint attenti, Statuimus, quod ordinaciones et ſtatuta noſtra hujuſmodi de verbo ad verbum in loco Judicij apud Rubeam Januam ſingulis Annis feria ſecunda proxima poſt dominicam *Quaſimodogeniti* hora primarum uel prima ſequenti die, ſi feſtum fuerit, feria ſecunda, predicta ſtatuta hujuſmodi per Notarium Officialis Curie noſtre ſeu illum, quem ipſe Officialis ad hoc duxerit deputandum, ſolempniter alta et intelligibili voce legantur, et ab omnibus ſilencium teneatur. Volumus eciam, ut tempore hujuſmodi lecture, que incipi debet preciſe in ſecundo pulſu primarum, Omnes Officiales, Sigilliferi, procuratores, Notarij et pedelli ſint preſentes, Et quicumque ex predictis, pro tunc preſens In Ciuitate Herbipolenſi, ſe abſentauerit tempore hujuſmodi lecture preſens non fuerit, Officiali Curie noſtre medium florenum abſque remiſſione fienda perſoluat, niſi infirmitate uel alia racionabili et manifeſta cauſa excuſetur, quam cauſam ipſi Officiali exprimere debet, et Nichilominus licenciam ſe abſentandi ab

eodem

eodem Officiali petere debet, et obtinere. Ordinamus eciam et precipimus, ut quilibet Officialis, Sigillifer, Aduocatus, procurator, Notarius et pedellus dictorum statutorum nostrorum, antequam Officium ei commissum exerceat, copiam propriam habeat et penes se retineat.

Item si Officialis Curie nostre circa lecturam, ut premittitur, fiendam repertus fuerit negligens, pro qualibet vice duos florenos ad fabricam ecclesie nostre Herbipolensis persoluat, et ad hoc per decanum ejusdem ecclesie compelli poterit et debebit, Potestatem vero, has nostras constituciones et ordinaciones declarandi corrigendi et emendandi, nobis et successoribus nostris Episcopis specialiter et expresse reseruamus, De Anno Domini Millesimo quadringentesimo Vicesimo secundo, Sexta feria post festum *corporis Cristi* *) per Venerabiles viros *Ottonem de Milcz* prepositum, *Heinricum de Gulpen* in Spritualibus Commissarium, *Wernherum vom Hayn*, Officialem Curie Herbipolensis. In Ambitu ecclesie Herbipolensis publicata sunt statuta antescripta.

Und wir *Diederich* Erczbischoff obgnant von solicher gewalt und macht wegen, die uns beide obgnante teyle durch iren anlass egnant gegeben han, bevestigen und bestetigen die vorgnant reformacien und ordinacien und setzen auch, das die in allen iren puncten clausuln und Artigklen durch die egnant beyde parthie und die iren gehalten und nicht uberfaren werden solle, by so-

 lichen

*) 12. junij.

lichen glübden, als dann die obgnanten beyde fürſten, das gen einander geredt, glopt und verſprochen han, in maſſen der obgerürte anlaſs das innheldet und uſswiſet, doch uns, unſern nachkomen und ſtiffte unſchedelich, Item als von der wiſunge wegen, irer diener etc. nachdem da beyde teyle Keyſerliche und Konigliche privilegia fürgewant, fürbracht, geleſen und darnach in das recht gelege han, die dann in etlichen ſtücken widerreinander luden, darümb ſo wiſen wir ſie von des Stucks wegen, mit dieſem unſerm rechtlichen Sprüch für den allerdurchluchtigſten fürſten und herren herrn *Friederichen* Romiſchen Konig Herczogen zu *Oſterich*, zu *ſtier* etc. Unſeren Gnedigen herren. Und des zu orkünde, ſo han wir unſer ingeſiegel an dieſen entſcheit thün hencken, der geben iſt zu *Aſchaffemburg* am fritage nach dem Sontag, als man in der heiligen Kirchen ſinget *Oculi*, Anno Domini Milleſimo quadringeſimo quadrageſimo octavo. *)

1. Martij.

*) Inſignem hanc chartam communicavit Vir promovendae rei litterariae multum ſtudioſus *D. Philippus Erneſtus Spies* Conſiliarius Regiminis Brandenburgen. et Cuſtos primarius Archivij Plaſſenburgenſis. vide ejusdem tractatum *de Archivijs* praeclare ſcriptum *pag. 56.*

Conſer. Lünig Spicileg. Eccleſiaſt. Contin. III. pag. 1356.

Hoc laudum quoque impreſſum eſt circa annum Milleſimum quadringenteſimum Septuageſimum, prout apparet e Reformationibus judiciorum,

quas

II.

HONORIJ III. PP. PRO LEVANDA VICESIMA IN SUBSIDIUM TERRAE SANCTAE BREVE AD ARCHI EPISCOPUM MOGUNT. EJUSDEMQUE SUFFRAGANEOS.

H*onorius* Episcopus servus servorum Dei Venerabilibus Fratribus Archi Episcopo Maguntinensi et suffraganeis ejus salutem et Apostolicam benedictionem.

Approbante *Generali Concilio* a) extitit ordinatum, ut omnes omnino clerici tam subditi, quam Pre-

quas *Rudolffus* Episcopus Herbipolensis anno praedicto die jovis vicesima nona mensis Martij publicari mandavit.

Exemplar hujus impressi non ubivis obvij extat in Bibliotheca monasterij Amorbacensis.

a) Indigitatur hic *Concilium Lateranense IV.* ad quod *Innocentius III. PP.* celebrandum jam invitavit anno MCCXIII.

In hac invitatoria inter alia Pontifex memorat. . . Duo in hoc saeculo principaliter affectamus, ut ad recuperationem terrae sanctae ac reformationem universalis Ecclesiae valeamus intendere. . . Generale Concilium convocemus. . . . ad inducendos Principes et populos Christianos ad Succursum et subsidium terrae sanctae tam a clericis quam a laicis impendendum. . . .

In

Prelati vicesimam Ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium integre conferant in subsidium terre sancte per manus eorum, qui ad hoc fuerint Apostolica providentia deputati, quibusdam dumtaxat Religiosis exceptis ab hac prestatione merito exhimendis et illis qui assumpto vel assumendo Crucis signaculo lilluc sunt personaliter profecturi b) sane super

In hoc ipso Concilio sancitum est. = Ad liberandam terram sanctam de manibus impiorum ardenti desiderio aspirantes, de prudentum virorum consilio, qui plene noverant circumstantias temporum et locorum . . diffinimus: ut ita cruce signati se praeparent, quod in Kalendas junij sequentis post proximum, omnes qui disposuerunt transire per mare, conveniant in regnum *siciliae*, alij sicut opotuerit et decuerit apud *Brundusium* et alij apud *Messanam* et partes utrobique vicinas ubi et nos personaliter, Domino annuente, disposuimus tunc adesse, quatenus nostro Consilio et auxilio exercitus Christianus salubriter ordinetur, cum benedictione divina et Apostolica profecturus.

b) In expeditione pro recuperanda terra Sancta idem Pontifex innuit: = Hujus remissionis volumus esse participes, non solum eos, qui naues proprias exhibebunt, sed etiam illos qui propter hoc opus naves studuerint fabricare. . . Ne vero in humeros hominum onera gravia et importabilia imponere videamur, quae digito nostro movere nolimus, similes illis, qui dicunt utique, sed non faciunt; ecce nos etc. . . Cupientes autem alios Ecclesiarum praelatos nec non clericos universos et in merito et in praemio habere participes et con-

ſuper modo diſpenſandi hujuſmodi viceſimam audivimus conſilia diverſorum, quibus inter ſe plurimum variantibus illud de conſilio Fratrum noſtrorum providimus eligendum ſecundum quod vidimus ipſam viceſimam diſtribuendam utilius et tam ab hijs qui conferent, quam ab illis, quibus fuerit diſtributa, materiam ſuſpicionis et murmuris melius imputandam, ut videlicet viceſimam cujuſque dioeceſis, redacta fideliter in pecuniam, ſub certo numero comprehendendo in autenticorum virorum et preſertim illorum, qui eam collegerint teſtimonialibus litteris, et nobis etiam explicando ultra mare portetur per quatuor vel quinque ſeu plures viros prudentes clericos et laicos cruce ſignatos illius civitatis et dioceſis, qui note fidei, diſcretionis et opinionis exiſtant, quorum unus ſit Epiſcopus loci, ſi quidem cruce ſignatus extiterit, reliquis ab Epiſcopo dioceſano et ipſius viceſime collectoribus eligendis et per manus ipſorum de Conſcientia tamen Cardinalis qui fuerit ibi Legatus diſtribuatur fideliter et diſcrete cruce ſignatis egentibus et utilibus negotio terre ſancte ac preſertim de illa dioceſi, ubi viceſima illa collecta fuerit, oriundis, ijdemque diſtributores ipſi

Legato

conſortes, ex communi Concilij approbatione ſtatuimus, ut omnes omnino clerici tam ſubditi quam praelati vigeſimam partem eccleſiaſticorum proventuum uſque ad triennium conferant in ſubſidium terrae ſanctae per manus eorum, qui ad hoc Apoſtolica fuerint providentia ordinati . . . . plura lege *in Actis Conciliorum ex editione Regia Pariſijs ao 1714. divulgatis Tom. VII. p. 71. etc.*

Legato et Magiſtris hoſpitalis et Templi reddant diligentiſſime rationem, per quam redactam in ſcriptis appareat evidenter, pecuniam, quam ut premiſſum eſt, ſub teſtimonialibus litteris ſecum attulerint eſſe cruce ſignatis fideliter et utiliter diſtributam, et tam teſtimoniales littere ſuper quantitate pecunie commiſſe diſtributoribus ipſis quam ſcriptura ratiocinij, quod Cardinali et Magiſtris reddiderint antedictis, diligentiſſime conſerventur, ut et eorumdem diſtributorum fides et diligentia illarum teſtimonio pateant et ſuſpicioſorum conquieſcant mentes et labia conticeſcant. Quo circa Fraternitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hec ſollempniter per veſtras dioceſes publicantes difficultatem ſeu moram aliquam nulla tenus innectatis vel permittatis innecti, quin tam Collectio viceſime per eos, qui ad hoc a bone memorie *Innocentio* Papa predeceſſore noſtro fuerunt vel a nobis fuerint deputati ſine fraude ac expenſarum diſcrimine, prout ad eos pertinet, quam alia, prout ſuperius ſunt deſcripta, efficaciter valeant executioni mandari. Sane pecuniam collectam et colligendam in truncis per diſtributores predictos diſtribui volumus et mandamus inter cruce ſignatos ſtrenuos et prudentes de populo illo, ubi fuerit pecunia ipſa collecta, quibus ad peragendum votum ſuum proprie non ſuppetunt facultates, que recepta ſub teſtimonio virorum fidelium cruce ſignatis ipſis diſtribuatur tempore arripiendi itineris vel in portu, prout videbitur expedire ipſis diſtributoribus rationem de illa, ſicut

de

de alia in Scriptis fideliter reddituris. Datum *Laterani* secundo Kalend. Martij Pontificatus nostri anno primo.

Ex Regesto Anni primi Litterarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 311.

28. Febr.

III.

HONRIJ III. PP. BREVE AD ARCHI EPISCOPUM MOGUNTINUM IN CAUSA INTERDICTI PER BOHEMIAM PROMULGATI.

Honorius etc. Venerabili Fratri *) Archi Episcopo Maguntinensi salutem etc. Cum ad preces Venerabilis Fratris nostri . . **) Pragensis Episcopi confirmaverimus sententiam interdicti, quam idem Episcopus in dioecesim suam multis provocatus injurijs, promulgavit, ***) miramur in

*) Sifrido II.

**) Andreae.

***) In chronico *Pulkavae* notatur ad an. MCCXX. Item *Andreas* Pragensis Episcopus, eo quod *Przemijsl* Rex et omnes Barones Regni Böemie monasteria Ecclesias, piaque loca totius Pragensis dioecesis in domibus et in vijs jugo servitutis intollerabili opprimebant et exaccionibus inauditis gravabant impie, sic quod eos tedebat vivere, tam Regem, quam Barones ejus excommunicacionis sententijs innodavit, suppones regnum Ecclesiastico interdicto, Domino Pape super tantis gravaminibus

in qua poteſtate ipſam relaxare ſententiam preſumpſiſti, preſertim eodem Epiſcopo propter hoc apud ſedem Apoſtolicam conſtituto, quem etiam ad noſtram preſentiam accedentem nobis per litteras tuas ſollicite commendaſti. Unde tibi ſine mandato Apoſtolico relaxare ſententias auctoritate Apoſtolica roboratas? quo te vertes, ut tante preſumptionis audaciam pallies, in que verba poteris declinare cor tuum, ut excuſationes in peccatis excuſes, cum predictam relaxando ſententiam nobis injuriam feceris et ipſi Epiſcopo ac Eccleſiaſtice libertati grave diſpendium generaris. Profecto non tam objurgandus eſſes, quam ſeveritate canonica puniendus, ſed nos ad preſens objurgatione contenti per Apoſtolica tibi ſcripta precipiendo mandamus, quatenus infra viginti dies poſt ſuſceptionem preſentium, excuſatione ac appellatione ceſſantibus, factum in eo ſtatu reducas, in quo erat, quando idem Epiſcopus iter arripuit ad noſtram preſentiam veniendi, ſciens non dilectis filijs Eboracenſi et Halsbrunenſi Prioribus Herbipolenſis et Heiſtetenſis dioceſis per ſcripta noſtra mandaſſe, ut te in mandati noſtri executione ceſſantem ad id per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota

bus nichilominus proponendo querelam. unde gravamina ſunt alequaliter alleviata, quedam vero prorſus ſubmota. Quemadmodum in theloneis, quibus exaccionabantur clerici, judeus denarium, clericus autem de corona Capitis XXX. denarios perſolvebat. ap. *Gelaſ. Dobner in monumentis hiſtoricis Bohemiae Tom. III. p. 210.*

remota compellant. Datum *Ferentin.* XIII. Kal. Augusti Pontificatus nostri Anno primo.

Ex Regesto Anni primi Litterarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 513.

20. Julij.

IV.

HONORIJ III. PP. BREVE DE CONTRIBUENDA VICESIMA PRO SUBSIDIO TERRAE SANCTAE.

H*onorius* etc. Venerabilibus Fratribus Maguntin. Archi Episcopo et suffraganeis ejus et dilectis filijs Magistris ejusdem Provincie et Decano et Archidiacono Maguntin. salutem etc.

Inter cetera, que ad succursum jerosolymitane Provincie statuta fuerunt in Concilio Generali, hoc de communi assensu omnium prelatorum ibidem presentium fuit salubriter ordinatum ut omnes omnino clerici tam subditi quam Prelati vicesimam Ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium integre conferant in subsidium terre sancte per manus eorum, qui ad hoc Apostolica providentia fuerint ordinati, quibusdam dumtaxat Religiosis exceptis ab hac prestatione merito eximendis, *) illisque similiter, qui assumpto vel assumendo cru- cis

*) Ita in expeditione *Concilij Lateranensis* superius allata.

cis ſignaculo ſunt perſonaliter profecturi ad quod omnes fideliter obſervandum per excommunicationis ſententiam decretum eſt, eſſe ligatos, ita quod illi, qui ſuper hoc fraudem ſcienter commiſerint, ſententiam excommunicationis incurrant. Ut igitur hoc ſalutare ſtatutum debitum conſequatur effectum, dilectis filijs Magiſtris domorum militie templi et hoſpitalis jeroſolymitani in Maguntin. Provincia conſtitutis, Decano et Archidiacono Maguntin. hanc ſollicitudinem duximus committendam, dantes eis plenariam poteſtatem eligendi et ordinandi duos idoneos clericos ſive plures, ac etiam duos fratres unum Templi et alium Hoſpitalis, quos auctoritate noſtra per Provinciam veſtram tranſmittant cum ſuarum teſtimonio litterarum ad ipſam viceſimam colligendam. Quo circa Fraternitati veſtre per Apoſtolica ſcripta precipendo mandamus, quatinus veſtris et ſubditorum veſtrorum redditibus a tempore in Concilio prefinito diligentius computatis, parati ſitis uſque ad feſtum omnium ſanctorum de veſtris certis redditibus certam ſummam viceſime nuntijs predictorum, quibus hoc commiſimus, declarare ac ipſis uſque ad Kal. Maij conſequentes ſine difficultate ac dilatione qualibet tam de ipſis certis proventibus, quam etiam de incertis viceſimam integraliter exhibere, monentes diligenter auctoritate noſtra et efficaciter inducentes Abbates, Capitula et Decanos, nec non et in ſingulis veſtris ſinodis ſacerdotes et alios clericos univerſos in veſtris dioceſibus conſtitutos, ut in diebus ſuper hoc ordinandis a vobis in ſingu-

lis

lis civitatibus sint parati predictam summam vicesime per triennium nuntijs antedictis plenarie solvere secundum terminos constitutos. sic autem in hoc negotio vos prudenter ac fideliter habeatis, quod exinde non possitis merito reprehendi, sed potius valeatis a Deo premium eternum in celis et laudem a nobis et alijs expectare, ceterique vestro exemplo ad predicta bona fide inviolabiliter exequenda, fortius animentur. Abbates autem Premonstratensis et Cisterciensis ordinum per questores hujusmodi non providimus requirendos. Datum *Rome* apud sanctum Petrum XI. Kal. Dec. Pontificatus nostri anno primo.

Ex Regesto Anni I. Litterarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 104.

21. Nov.

V.

BREVE HONORIJ PP. III. SUPER DANDA POSSESSIONE ARCHIDIACONATUS S. ANDREAE IN HILDESHEIM.

Honorius Episcopus servus servorum Dei Dilectis filijs Abbati de *sichem* Alverstadensis dioc. et de Nortusen. Maguntin. dioc. et *sancti johannis* Alverstaden. Prepositis salutem et Apostolicam benedictionem.

Coram dilecto filio *J.* subdiacono et capellano nostro, quem felicis recordationis *J.* Papa prede-

ceſſor noſter Prepoſito de *Bruneſvic* et *J.* Canonico *Jldeſemenſi* conceſſerat auditorem, propoſuit Prepoſitus memoratus, quod Archidiaconatu ſancti *Andree* Ildeſemen: vacante, *) quondam Ildeſemenſis Episcopus tunc vinculo excommunicationis aſtrictus Archidiaconatum ipſum dicto *J.*, cum de jure nequierit, de facto conceſſit, quod cum perveniſſet ad aures Venerabilis Fratris noſtri Magdeburgenſis Archi Epiſcopi legationis officio tunc fungentis, conceſſionem ipſius Epiſcopi ſuper eodem Archidiaconatu juſtitia exigente caſſarit, Archidiaconatum ipſum eidem Prepoſito auctoritate legationis, qua fungebatur, concedens, ſicut ex ipſius Archi Epiſcopi litteris, quas ei ſuper hoc contulerat, manifeſte conſtabat, ad quod dictus *J.* ex adverſo reſpondit, quod Epiſcopus antedictus ante ſententiam, quam pars adverſa in ipſum aſſerit fore latam, ad ſedem Apoſtolicam appellavit et quamquam appellationem ſuam fuerit per procuratorem idoneum proſecutus et idem nuntius fuerit impeditus in via, dictus predeceſſor noſter ipſum poſtmodum pro ſue voluntatis arbitrio recipere noluit vel audire et tam hoc quam Epiſcopum tempore Collationis potuiſſe Archidiaconatum ipſum de

*) Dioeceſis Hildesheimenſis in plures diviſa Archidiaconotus 1. *intra civitatem* 2. in *Sarſted* 3. in *Eltze* 4. in *Alſeld* 5. in *Netlingen.* 6. in *Wallenſen* 7. in *Schmeddenſted* 8. in *Goslar* 9. in *Stockem.* 10. in *Denſtorff* 11. in *Borſum* 12. in *Barum* etc. De Archidiaconatibus, plura ſi lubet, invenies in *Dioeceſi Moguntina in Archidiaconatus diſtincta Tomus I. II. et III.*

de jure conferre, proponebat ſe per teſtes idoneos probaturum. unde cum ſibi non debeat imputari, qui principem compellere non potuit, ut cauſam Appellationis in Conſiſtorium ſuum ſecundum morem juberet conferri, petijt canonicus ſupradictus ſententiam excommunicationis, utpote poſt appellationem interpoſitam ad ſedem Apoſtolicam promulgatam. Ad hec reſpondit Prepoſitus antedictus, quod etſi prefatus Epiſcopus, prout adverſarius aſſerit ad Appellationis remedium convolarit, appellationem tamen ſuam non fuit nedum infra annum immo nec infra quadriennium per ſe vel procuratorem idoneum proſecutus, quare nullum debuit de Appellatione ipſa commodum reportare, cum non ad ſue oppreſſionis ſubſidium, ſed ad iniquitatis preſidium duxerit appellandum. ad probandum autem Epiſcopum excommunicatum tempore collationis fuiſſe, tam teſtes induxit, quam litteras Archi-Epiſcopi memorati. Cum autem hec et alia propoſita fuiſſent coram ſubdiacono ſupradicto idemque non potuiſſet propter abſentiam ſuam meritum ipſius cauſe precedeceſſori noſtro referre, dictus predeceſſor cauſam ipſam Venerabili fratri noſtro Albanen. Epiſcopo commiſit iterum audiendam, in cujus preſentia predictis omnibus ſufficienter a partibus allegatis et cauſa plene diſcuſſa eodem predeceſſore noſtro interim viam univerſe carnis ingreſſo, ſepedictus J. procuratore tantum ad impetrandum et contradicendum dimiſſo, licentia non impetrata, receſſit. Et quoniam lis fuerat conteſtata et tam de cauſa

tam per testes quam per instrumenta liquebat, pars Prepositi procuratore partis adverse repulso cum non esset sufficiens ad agendum et se contumaciter idem *J.* a judicio absentavit, humiliter postulavit a nobis, ut publicatis attestationibus cause finem imponere dignaremur. Nos autem eidem cause protracte diutius finem imponere cupientes, dilectum filium nostrum *L.* tit. *S. Crucis* presbiterum Cardinalem ad ipsius cause decisionem eidem Episcopo duximus adjungendum, qui attestationibus et allegationibus ac totius cause meritis diligenter inspectis, cum constaret eis tam per instrumenta, quam per testes inductos Ildesemens. Episcopum eo tempore, quo Archidiaconatum contulit canonico sepe fato excommunicationis vinculo fuisse innodatum nec eum constiterit appellasse, nec appellationem suam infra tempus legitimum prosecutum, Archidiaconatum ipsum sententialiter adjudicarunt Preposito antedicto. Nos igitur ipsorum sententiam ratam habentes discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Prepositum in ipsius Archidiaconatus corporalem possessionem, sublato cujuslibet contradictionis et appellationis obstaculo inducatis et tueri curetis inductum, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes ijs exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum VIII.* Kalend. Dec. Pontificatus nostri anno primo.

24. Nov.

Ex

Ex Regesto Anni I. litterarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 72.

VI.

HONORIJ III. PP. BREVE PRO TERMINANDA CONTROVERSIA INTER MONASTERIUM NIHEMBURGENSE ET DUCEM SAXONIAE ETC. *)

Honorius etc. Venerabili Fratri C. Episcopo quondam Alberstadensi Abbati *de Cella* et dilecto filio Magistro *Conrado de Marburc* Predicatori Maguntin. et Misnen. dioc. salutem etc.

Ex parte Abbatis et Conventus Monasterij Nihemburgensis fuit propositum coram Nobis, quod cum fel. mem. *I. PP.* Predecessor noster pro causa, que inter ipsum monasterium ex parte una et nobiles viros Ducem saxonie ac *Henricum* Comitem Ascanie fratrem ejus Dioc. Halberstad. ex altera super mansis, silvis, pascuis, equis et alijs animalibus ac dampnis et injurijs ab eisdem ex parte ipsorum dicto monasterio irrogatis noscitur agitari, bo. me. Merseburgensi Episcopo et conjudicibus suis direxisset pluries scripta sua et eadem nequivisset terminari per ipsos, nec speraretur inposterum terminanda, sicut idem Episco-

 pus

*) Ex hoc commissorio videre est, quam facilis hoc saeculo jam fuerit Curia Romana pro terminandis Germaniae causis in ejusdem partibus.

pus suis ei litteris intimavit, ipse nolens hujusmodi litem existere immortalem, Venerabili fratri nostro . . Halberstadens. Episcopo et Collegis ipsius suis dedit litteris in mandatis, ut utrique parti firmiter ejus auctoritate injungerent, ut in Octavis Epiphanie proxime tunc futuris, quas eis peremptorium assignavit, propter hoc procuratores idoneos ad ejus presentiam destinarent in negotio ipso, secundum quod juris ordo requireret processuros; Alioquin ex tunc ipse nihilominus, prout exigeret ratio, procederet in eodem. Licet autem prefatus Episcopus et ejus Collego dicto Comiti terminum auctoritate Apostolica prefixerint suprascriptum, ipse tamen procuratorem, qui procedere posset in causa, mittere non curavit, procuratore ipsius Monasterij non absque labore ac expensis apud Apostolicam sedem diutius expectante, quin imo postquam dictus terminus sibi fuit prefixus ab illis, tam ipse Comes, quam Dux predictus graves eidem Monasterio intulit injurias et jacturas. Unde nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum dictum monasterium jam ferre sex annis pro hujusmodi negotio laborarit, et propter potentiam nobilium predictorum nichil omnino profecerit fatigatum laboribus et expensis, super hoc ipsi preterea providere sollicitudine dignaremur. Cum igitur eidem monasterio in sua deesse justitia non velimus, discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictos nobiles, ut infra tres menses post prime citationis edictum propositis simul et semel omnibus exceptionibus

dila-

dilatorijs ſuper premiſſis litem conteſtentur cum monoſterio ipſo monitione premiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellatis, hec deinde audientes, que hinc inde duxerint proponenda et in cauſa ipſa uſque ad diffinitivam ſententiam ſublato appellationis obſtaculo procedentes, ipſam, ſi partes conſenſerint, fine debito terminetis, alioquin eandem ad nos remittatis ſufficienter inſtructam, prefigentes partibus terminum competentem, quo per procuratores idoneos et ſufficientes compareant coram nobis juſtam auctore Domino ſententiam recepture, denuntiando prefatis nobilibus, quod ſi termino ipſo pro ſe ſufficientem procuratorem neglexerint deſtinare, nos nichilominus in eodem negotio, quantum exiget ratio, procedemus. quod ſi forte nobiles ipſi contempta excommunicationis ſententia nec ſic litem voluerint conteſtari, vos in petitorum poſſeſſionem, cauſa rei ſervande ipſum Monaſterium inducatis, et niſi ſepedicti nobiles poſſeſſionem ipſam legitime recuperaverint infra annum, vos ex tunc Abbatem et Fratres ipſius monaſterij ex ſecundo decreto conſtituatis veros, appellatione poſtpoſita, poſſeſſores etjamſi poſſeſſionem ipſam medio tempore impediente nobilium predictorum potentia nequiverint adipiſci, eosdem nobiles interim ab ipſius Monaſterij moleſtatione indebita per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcentes. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante cogatis veritatis teſtimonium perhibere,

 nullis

nullis litteris obſtantibus harum tenore tacito a ſede Apoſtolica impetratis. Quod ſi non omnes etc. tu frater Epiſcope cum eorum altero ea nihilominus exequamini. Datum *Laterani VII.* Idus Martij Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Ex Regeſto Anni ſecundi litterarum Apoſtolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 940.

9. Martij.

VII.

HONORIJ III. PP. BREVE AD EPISCOPUM OLOMUCENSEM IN CAUSA INTERDICTI IN BOHEMIA POSITI.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri . . . Epiſcopo Olomucenſi ſalutem et Apoſtolicam benedictionem.

Preſentium tibi auctoritate iterato precipiendo mandamus, quatinus interdictum, ſicut eſt poſitum in Pragenſi dioceſi per venerabilem fratrem noſtrum . . . Pragenſem Epiſcopum et demum auctoritate Apoſtolica confirmatum relaxatione Venerabilis fratris noſtri . . . Maguntinenſis Archi Epiſcopi non obſtante in Eccleſijs Ciſtercienſis et Premonſtratenſis ordinum et Hoſpitalariorum et omnium tam exemptorum quam non exemptorum ejusdem dioceſis facias per cenſuram Eccleſiaſticam remoto cujuslibet contradictionis et appellationis obſtaculo firmiter obſervari, non obſtanti-

bus

bus privilegijs eisdem monasterijs ab Apostolica sede concessis. Datum *Laterani IV.* nonas Martij Pontificatus nostri anno secundo.

4. Martij.

Eodem modo scriptum est . . . Episcopo et . . . *S. Emerami* Ratisponensis et . . . *de Walterbach* Cisterciens. ord. Ratisponens. dioc. Abbatibus XV. Kal. Martij Anno secundo.

Nro 991. invenitur similis bulla supradicto Episcopo Olomucensi directa, his adjectis: = alioquin dilectis filijs . . Decano et . . . scolastico Wratislaviens. damus nostris litteris in mandatis, ut te a receptione litterarum nostrarum infra viginti dies ad id exequendum districtione, qua convenit, appellatione remota compellant. Datum *Laterani VI.* Kal. Aprilis Anno secundo.

Ex Regesto Anni secundi Litterarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 919.

VIII.

IBI EP. 920. CIRCA IDEM OBJECTUM.

H*onorius* etc. Venerabili Fratri. . . Episcopo et dilectis filijs . . . *sancti Emerammi* Ratisponens. et . . . de *Wallerbach* Cistercienf. ord. Ratisponens. Dioc. Abbatibus salutem etc.

Venerabilis Frater noster . . Pragensis Episcopus nobis humiliter intimavit, quod Decanus et quidam de Prelatis et Canonicis Ecclesie sue auctoritate propria relaxarunt, quod in ipsa posuerat interdictum priusquam Venerabilis Frater noster . . . Maguntinensis Archi Episcopus relaxationem generalem, quam reputamus penitus fore nullam, facere presumpsisset, ipsum adhuc licet fuerit confirmatum auctoritate Apostolica observare ausu temerario contempnentes. Quo circa discretioni Vestre per Apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus utrum premissis veritas suffragetur, per vos et alios cum cautela et industria diligentius explorantes, ipsos, si rei veritas sic se habet, ab officio beneficioque suspensos ad sedem Apostolicam transmittatis satisfacturos nobis et ipsi de tante presumptionis excessu. Quod si non omnes etc. Tu ea Frater Episcope cum eorum altero ea nihilominus exequaris. Datum *Laterani XIV.* Kal. Martij Pontificatus nostri Anno secundo. *)

16. Febr.

*) De hoc interdicto et Regis Bohemiae obedientia Pontificijs monitis exhibita plura apud *Raynaldum Tom. XIII. p. 242. etc.*

IX.

IX.

HONORIJ III. PP. BREVE AD PROVINCIAM MOGUNTINAM, UT, QUI IN SUBSIDIUM TERRAE SANCTAE SERVIRE NON POSSUNT, SALTEM PRO SUCCURSU PRUTENICAE GENTIS SE DEVOTOS EXHIBEANT. *)

H*onorius* etc. Dilectis filijs Univerſis Chriſti fidelibus per Maguntinam Provinciam conſtitutis ſalutem etc.

Alto Divine diſpoſitionis conſilio agitur, ut converſi ad Deum perſecutiones ſuſtineant et preſſuras et jeruſalem exeuntem Egyptum *Pharao* acrius perſequatur, in cujus conſpectu Terram promiſſionis intrantis conſumpſit Deus magnus et terribilis nationes paulatim atque per partes, ne pariter illis deletis multiplicarentur beſtie contra illum, hoſtes interiores videlicet acrius perſequentes, jebuſeus quoque habitavit in jeruſalem cum filijs Benjamini, ne otio effeminati torpeſcerent, ſed habentes cum quibus ſe exercerent ad prelium certando legitime glorie coronam acciperent poſt triumphum. Tribulatio namque virtutum adjutrix, ut aurum fornax probat electos, partaque tue-

*) Ad vota ſummi Pontificis negotium ferendi Succurſus Terrae ſanctae hactenus non ſucceſſit; novum igitur Germanis proponitur bellum ſacrum contra Pruthenos ex cauſis in hoc et Brevibus *Honorij III.* ſubſequentibus allatis.

tuetur et auget, quoniam vexatio dat intellectum auditus et Abel esse renuit, quem Cayn malitia non exercet, cum otium vitijs tribuat incentivum. Ad hoc ergo Dominus, qui mala non permitteret fieri, nisi eliceret inde bonum, suos exterius tribulari permittit, ut se totos interius colligentes suam imbecillitatem cognoscant et in conspectu Dei humiliantes se ipsos ab eo auxilium prestolentur et dicant: Domine tua est potentia, tuum regnum, non pacem temporis sed potius pectoris expetendo. Quoniam et si pax interdum in pace Babilonis sit eis, in ipsa tamen pace frequenter amaritudo amarissima est illorum; David etenim quem bella non vicerant, pax prostravit et fortius cecidit, quam si fuisset a visibilibus hostibus superatus. Aliud quoque circa nos Dominus sue indicium exhibet bonitatis in hoc, quod reservat fidelibus suis hostes, quos posset conterere solo verbo, cui venti obediunt atque mare, ut videlicet qui offenderunt in multis, multiplicem habeant satisfaciendi materiam et succurrendo in personis et rebus fidelibus tribulatis, saltem accepto calice salutari retribuant aliquid Domino, qui pro eis tradidit semet ipsum hostiam Deo in suavitatis odorem. Ecce namque circumjacens populus barbarus Prutenorum gentem que nuper ad agnitionem veritatis pervenit, in contemptum persequitur Redemptoris; et de tenebris erutam nititur ad tenebras persecutionibus revocare; sed speramus in Domino, quod ipsam ultra id quod potest, non permittet temptari, sed faciet cum temptatione

pro-

proventum, ut valeat ſuſtinere, qui devotionem querit fidelium in eorum auxilium et ſalutem, et quamvis bonorum noſtrorum non egeat, ea tamen a nobis expoſcit, ut ſic nobis filios Dei fieri ſue bonitatis clementia tribuat poteſtatem et hij qui ei ſervire in ſubſidium Terre ſancte non poſſunt, ſaltem in ſuccurſum Prutenice gentis ei devotum exhibeant famulatum. Cum igitur plures ex vobis exiſtant, qui non diſponunt ſuis humeris affigere ſignum crucis in Terre ſancte ſubſidium profecturi, eis in remiſſionem injungimus peccatorum, quatinus in eorundem accedant auxilium contra barbaras nationes pro plantatione novella fidei chriſtiane tam ſpiritualibus armis quam materialibus pugnaturi, tam eis quam illis, qui aliquos illuc in ſuis mittent expenſis vel ad eorum ſubventionem de ſuis facultatibus miniſtrabunt, conceſſa juxta quantitatem ſubſidij et devotionis affectum venia peccatorum ſecundum quod tranſituris jeroſolimam indulgetur. Ad hec autem Eccleſiarum Prelatos monemus et hortamur attentius preſentium auctoritate mandantes, quatenus populo ſibi commiſſo hec annuntiare procurent et ipſum ad hoc opus fideliter exhortentur. Datum *Rome apud ſanctum Petrum* tertio Nonas Maij Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Ex Regeſto Anni ſecundi Literarum Apoſtolicarum Honorij PP. III. Tom. I. epiſt. 1148.

5. Maij.

X.

HONORIJ III. PP. BREVE AD ARCHI EPISCOPUM MOGUNTINUM ETC. PRO SUCCURSU PRUTENICAE GENTI FERENDO.

Honorius etc. Venerabilibus Frattribus Archi Episcopis et Episcopis per Maguntinam, Colonienſem, Magdeburgenſem ſalzeburgenſem Gneſnenſem et Londonenſem Provincias conſtitutis ſalutem etc.

Legiſtis ut credimus et memorie commendaſtis, qualiter Apoſtolus fieri mandabat in Eccleſia primitiva collectas, per quas poſſet ſanctorum qui erant in jeruſalem neceſſitatibus ſubveniri ſuo ſecuturus poſt ſe docens exemplo ut in ſimilibus ſimili conſilio uterentur. Cum igitur Venerabilis frater noſter. . . Epiſcopus Pruſcie et alij qui Zelo fidei chriſtiane ſuccenſi evangelizant in partibus Pruſcie Dominum iheſum chriſtum et eos qui jam per baptiſmum induerunt eundem defendere ſatagunt ab incurſibus Paganorum, qui velut alij Amalecithe impugnant multipliciter jeruſalem, ut eum vel in deſerto perimant vel revocent in Egyptum, non ſufficiant ad onera expenſarum, niſi ſubveniatur eisdem liberali fidelium pietate; Fraternitatem veſtram rogamus in Domino et hortamur per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ſinguli univerſis Eccleſiarum Prelatis veſtrarum diioceſum

fir-

firmiter injungatis, ut quilibet populum sibi commissum saltem semel in anno prudenter moneat et inducat, ut prefato Episcopo pro tam laudabili opere pias elemosinas elargiantur, obligaturi exinde sibi bonorum operum omnium largitorem. Datum *Rome* apud *sanctum Petrum* secundo Nonas Maji Pontificatus anno secundo.

Ex Regesto Anni II. Literarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 1154.

6. Maji.

XI.

HONORIJ III. PP. BREVE AD PROVINCIAM MOGUNTINAM PRO GENTE PRUTENORUM.

H*onorius* etc. Dilectis filijs Debilibus et Pauperibus Cruce signatis per Maguntinam Provinciam constitutis salutem etc.

Rex Regum Terre Dominus universe ac contentorum in ea suorum volens devotionem fidelium experiri, non absque necessaria causa et utili ratione hostes reservat visibiles in diversis mundi partibus christianis, quos licet ipse cui venti obediunt atque mare, possit conterere solo verbo, vult tamen eos a suis propugnatoribus superari, ut qui offenderunt in multis, multiplicem habeant satis faciendi materiam et salventur. Ecce namque circumjacens populus barbarus Prutenorum

Gentem que nuper ad agnitionem veritatis pervenit in contemptum persequitur Redemptoris et de tenebris erutam nititur ad tenebras persecutionibus revocare, sed speramus in Domino, quod ipsam ultra id quod potest, non permittet temptari, sed faciet cum temptacione proventum, ut valeat sustinere, qui christianorum querit Subsidium in eorum auxilium et salutem; et quamvis bonorum nostrorum non egeat, ea tamen a nobis exposcit, ut sic nobis filios Dei fieri sue bonitatis clementia tribuat potestatem, et hic qui ei servire in subsidium Terre sancte non possunt, saltem in Succursum Prutenice Gentis ei devotum exhibeant famulatum. Quamvis igitur vos Zelo fidei ac devotionis accensi affixo vestris humeris signo crucis in Terra illa in qua salvator salutem humani Generis dignatus est operari, prelia desideratis Domini preliari, quia vires et facultates vobis non suppetunt, quibus hoc possitis desiderium adimplere, vobiscum duximus dispensandum, vota peregrinationis vestre in succursum fidelium de Pruscia misericorditer commutando. Quo circa universitatem vestram rogamus et obsecramus in Domino per Apostolica vobis scripta mandantes et in remissionem peccaminum injungentes, quatenus ad defendendum fideles predictos contra barbaras nationes vos accingatis fideliter et devote illuc personaliter profecturi et acturi secundum consilium Episcopi eorumdem. Nos enim quibuslibet illuc in personis vel bonis succurrentibus eandem concedimus indulgentiam, que subvenien-

tibus

tibus Terre sancte concessa est in Concilio Generali. Datum *Rome* apud *S. Petrum* secundo Nonas Maji Pontificatus nostri Anno secundo.

Ex Regesto Anni secundi Litterarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 1147.

6. Maji.

XII.

HONORIJ III. PP. BREVE AD SUCCURRENDUM PRUTENICAE GENTI EXHORTATORIUM ARCHI EPISCOPO MOGUNTINO ETC. DATUM.

Honorius etc. Venerabilibus Fratribus . . . Maguntino Archi Episcopo et suffraganeis ejus salutem etc.

In Pruscie partibus populus est a fide prorsus exhorbitans et plus quam bestiali deditus feritati, qui ut ea faciant, que non conveniunt inter alia multa, que de ipsorum immanitate feruntur, quotcumque feminini sexus mater pariat, perimunt preter unam, tamquam Domino velint in propagatione humani generis obuiare passim et sine verecundia plures eorum prostituunt filias et uxores ac captivos immolant dijs suis intingentes gladios et lanceas, ut prosperam fortunam habeant, in sanguine predictorum, Gentem etiam illam, quam de medio ipsorum misericors Dominus, qui neminem vult perire, ad agnitionem veritatis ad-

 duxit

duxit in fidei noſtre contemptum novis et intolerabilibus exactionibus inquietant multiphariam molientes eos de tenebris erutos ad tenebras perſecutionibus revocare. Porro Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Pruſcie ac alij qui per gratiam Dei quasdam ibi conſtruxerunt Eccleſias abhominantes impietatem hujusmodi et eorum qui de novo ad chriſtum venerunt, anguſtias miſerantes, et ut ibidem fidei poſſit negotium promoveri, ſtatuerunt, ſi tamen ſibi ſuppetant facultates, necandas comparare puellas, ut educandas easdem eas lucri facere poſſint chriſto ac ibi ſcolas Prutenorum inſtituere puerorum, qui ut gens illa convertatur ad fidem, addiſcant efficacius quam advene predicare ac Evangelizare Dominum jeſum Chriſtum, volentes etiam Epiſcopus et alij predicti ſubveniri fidelibus tribulatis, illorum preſertim inſtanter implorant auxilium ad reſiſtendum barbare nationi, qui nondum crucis ſignaculum receperunt, nec diſponunt ſuis humeris illud affigere in terre predicte ſubſidium profecturi et qui ſigno crucis accepto viribus et facultatibus eisdem non ſuppetentibus non poſſunt exequi vota ſua. Cum igitur hic ſe cauſa ingerat pietatis, a qua nullus ſe poteſt habens ſpiritum Domini excuſare, univerſitatem veſtram monemus et obſecramus in Domino, quatenus viris diſcretis Deum timentibus veſtre jurisdictioni ſubjectis in remiſſionem peccaminum injungatis, ut ipſi pro Deo ſancte predicationis officium aſſumentes, dioceſum veſtrarum pauperes et debiles cruce ſignatos, cum quibus duximus diſpen-

ſan-

ſandum, vota peregrinationis eorum in ſuccurſum fidelium de Pruſcia commutando, nec non predictos efficaciter moneant et inducant, ut ſaltem accepto calici ſalutari retribuant aliquid illi, qui pro eis tradidit ſemetipſum, accedentes ad Pruſcie partes juxta Epiſcopi memorati conſilium plantatione novella fidei chriſtiane tam ſpiritualibus armis, quam materialibus pugnaturi, tam eis quam illis, qui aliquos illuc in ſuis mittent expenſis vel ad eorum ſubventionem de ſuis facultatibus miniſtrabunt conceſſa per nos juxta quantitatem ſubſidij et devotionis affectum venia peccatorum, ſecundum quod tranſituris jeroſolimam indulgetur, omnes etiam prudenter hortentur, ut elemoſinam amplexantes, que juxta ſapientis edictum ſuper ſcutum potentis et ſuper lanceam adverſus inimicum pugnabit extinguens peccatum, veluti aqua ignem, ad redimendas et educandas puellas nec non ad puerorum predictorum doctrinam de facultatibus ſibi datis a Domino ſubventionis manum eis tam pie porrigant quam libenter, ita quod ipſi, quibus id in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, centuplum in via et vitam eternam in patria conſequantur. Datum *Rome* apud *ſanctum Petrum* 17. Kal. jul. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Ex Regeſto Anni II. Literarum Apoſtolicarum Honorij PP. III. Tom. I. epiſt. 1192.

15. junij.

XIII.

HONORIUS III. PP. DAT COMMISSIONEM SUPER ELECTIONE EPISCOPI WORMATIENSIS LITIGIOSA.

Honorius etc. Dilectis filijs . . . de *Eberbach* et . . de *Hemmenrode* Abbatibus et . . Preposito de *Hegene* Maguntin. Treverens. et Warmatiens. Dioc. salutem.

Ex parte G.*) Prepositi *Sancti Pauli* Canonici Warmatiensis fuit propositum coram nobis, quod Ecclesia Warmatiensis pastore vacante, idem Prepositus cum essent vota Canonicorum ejusdem Ecclesie die ab eis electioni prefixo divisa, ne fieret electio nisi secundum statuta Generalis Concilij sedem Apostolicam appellavit, sed *H.* **) major Ecclesie predicte Prepositus post appellationem hujusmodi a quadam parte Capituli numero, etate,

*) *Gerboda* is fuit, de quo Schannat in hist. Wormat. pag. 123. notat, quod ejus mentionem faciant litterae *Sigifridi* Archiep. Mog. pro Ecclesia *S. Martini* an. 1210. editae, nec non et *Heinrici* Wormat. Episcopi aliae pro Ecclesia *S. Andreae* an. 1227.

**) *Henricus II.* ex Comitibus *de sarae ponte* post mortem *Lupoldi* Episcopi variantibus haud ita multum suffragijs Cathedram Wormatiensem conscendit eandemque tenuit usque ad VIII. Kalend. Octobris 1234. vid. *Schannat l. c. pag. 366. sq.*

te, ordine ac auctoritate minori, que a suo Metropolitano propter suorum exigentiam meritorum excommunicationis erat laqueo involuta, se in magna discordia eligi procuravit, quanquam propter diversas causas non esset idoneus, ut in Episcopum deberet assumi; unde reliqua pars major et sanior prudenter avertens fore invalidum partis adverse processum et quod eadem se potestate privaverat eligendi, concorditer in Episcopum Warmatiens. elegit eundem servata in omnibus forma Concilij memorati. Verum predictus Prepositus Warmatiensis ad . . Prepositum *de Monte* ac suos collegas super confirmanda electione taliter celebrata de ipso mandatum Apostolicum impetravit, qui sibi predicti etiam mandati copiam facere denegantes, secuti non rationis judicium sed carnalitatis affectum, illius electionem de facto tanto sicut poterant confirmarunt. Quare idem *S. Pauli* Prepositus, qui ad nostram duxit audientiam appellandum, petebat instanter, ut causam eandem alijs committere dignaremur, qui super omnibus inquisita diligentius veritate, ipsam transmitterent ad presentiam nostram sufficienter instructam nostro judicio fine canonico terminandam. Procurator vero dicti Wormatiensis electi ex adverso respondens asseruit, quod judices ipsi cognitis cause meritis diffinitivam pro eo sententiam exigente justitia protulerunt, electionem, que de ipso facta fuerat, confirmando. Unde idem Procurator judicum ipsorum sententiam, non obstante frivole appellationis objectu, quam post illam

 ma-

malitiose dictus *S. Pauli* Prepositus interjecit auctotate petijt Apostolica confirmari. Quo circa de utriusque partis Procuratoris assensu discretioni vestri per Apostolica scripta mandamus, quatenus in appellationis causa legitime procedatis, sententiam ipsam confirmare vel infirmare, appellatione remota, curantes, sicut de jure fuerit faciendum. Quodsi partes nostrum duxerint judicium eligendum, causam ad nos remittatis sufficienter instructam prefigendo illis terminum competentem, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent, justam auctore Domino sententiam recepture, non obstantibus literis si que super hoc apparuerint preter assensum partium a sede Apostolica impetrate. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Datum *Laterani* 6. Idus julij Pontificatus nostri Anno secundo.

Ex Regesto Anni II. Literarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 1270.

10. julij.

XIV.

HONORIJ III. PP. COMMISSORIUM IN CAUSA QUARUMDAM ELECTIONUM ELWANGENSIS ET FULDENSIS.

Honorius etc. Dilectis filijs . . sancti *stephani* Herbipolens. et . . . de Abusen. Eistetens. Dioc. Abbatibus et . . . Scolastico Augusten. salutem etc.

Pre-

Presentate nobis dilectorum filiorum . . . Abbatis Eberbacens. Magunt. Dioc. G. Decani Novi Monasterij Herbipolens. et . . . Prepositi spirensis littere continebant, quod cum eis dederimus nostris literis in mandatis, ut de electionibus de . . . Abbate Elwangensi *) et C. Portario **) Fuldensi in Fuldensi Monasterio Herbipolensis Dioces. ***) celebratis inquirerent diligentius veritatem et electionem quam invenirent a Majori et saniori parte Capituli canonice celebratam, dummodo electo nil obviaret de Canonicis institutis, sublato Appellationis obstaculo confirmarent, ita quod si contingeret electionem utramque justitia exigente cassari, studerent eidem monasterio de persona idonea providere, ijdem electiones ipsas non per-

 sona-

*) Obijt an. MCCXVI. *Hartmannus* Abbas Fuldensis. eligentes abiere in partes. *Chana* Abbas Elwangensis praeficitur. vid. *Schannat histor. Fuldens. T. I. p. 190. et chronicon Elwangense apud Freber Scriptor. Rer. Germ. T. I. p. 678.*

**) Loco *C.* fortasse *G.* ponendum circa illud tempus enim occurrit Gerlachus *Portarius*, cujus officium sine dubio unum ex vetustioribus erat, illud siquidem *S. Benedictus* Reg. cap. 66. instituerat his verbis: Ad portam monasterij ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum et reddere, cujus maturitas eum non sinat vagari . . . qui portarius, si indiget solatio, juniorem Fratrem accipiat.

***) Cum Fuldense monasterium jam nullius, jam Moguntinae, hic vero Herbipolensis diocesis esse dicatur, vide ea quae diximus *Tom. III. Dioecesis Mogunt. in Archidiac. distinctae pag. 242. sq.*

ſonarum, ſed electionum vitio juſtitia exigente caſſantes, de predicto Abbate, per quem ſperabant Fuldenſi Monaſterio multa commoda proventura; eidem monaſterio providerunt. Unde tam ipſi quam Capitulum Fuldenſe nobis humiliter ſupplicabant, ut prefato Abbati licentiam tranſeundi ad Fuldenſe Monaſterium concedere dignaremur. Quo circa Dignationi veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiſita ſuper premiſſis diligentius veritate, ſi rem inveneritis ita eſſe, predictum Abbatem a cura Elwangenſis Monaſterij abſolventes tranſeundi ad Fuldenſe Monaſterium tribuatis ei appellatione remota liberam facultatem. Quod ſi non omnes ijs exequendis interesse potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum *Laterani* Decimo octavo Kalendas januarij Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Ex Regeſto Anni II. Literarum Apoſtolicarum Honorij PP. III. Tom. I. epiſt. 762.

15. Dec.

XV.

HONORIJ III. PP. BREVE AD ARCHI-EPISCOPUM MOG. QUOD I. PER SALTUM PROMOTUS AD PRESBITERATUM TANTUM MINISTRET IN ORDINE SUBDIACONATUS.

Honorius etc. Venerabili Fratri . . . Archi Episcopo Magunt. salutem.

Veniens ad sedem Apostolicam J. clericus frater hospitalis jerosolimitani humili nobis confessione monstravit, quod cum olim priusquam hospitalariorum habitum sumeret, in subdiaconatus ordine constitutus se tibi, qui eum ad alios ordines promoueras, presentarit, idem tunc terrene cupidus dignitatis et vane glorie contemplator, ut facilius posset ad gradum sacerdotij promoveri, se mendaciter asseruit Diaconatus ordinem assumpsisse, cujus assertioni tu fidem adhibens ipsum facti hujus ignarus in presbiterum ordinasti. Cumque postmodum dictus clericus inspirante Domino ad Cor rediens presumptionem hujusmodi sacerdoti suo in modum penitentie detexisset, sacerdos ipse injunxit eidem, ut quemcunque vellet habitum susciperet regularem. unde nobis humiliter supplicavit, ut cum ipse ad domum se transtulerit hospitalis ejusdem ac ordinem assumpserit loci predicti, provideri super hoc eidem misericorditer dignaremus. Nos igitur ne

ne utile per inutile vitietur, de misericordia, que super exaltat judicio, ei duximus concedendum, ut in Subdiaconatus ordine tantum, quem rite suscepit, libere valeat ministrare. *) Datum *Laterani XIV.* Kal. januar. Pontificatus nostri anno secundo.

Ex Regesto Anni secundi Litterarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. I. ep. 768.

19. Dec.

XVI.

HONORIJ III. PP. BREVE AD ARCHI-EPISCOPUM MOG. PRO LEVANDA VICESIMA IN SUCCURSUM TERRAE SANCTAE.

H*onorius* etc. Ven. fratri Archi Episcopo Magunt. salutem etc.

Exercitus christianus rem publicam universorum Christi fidelium agentes viriliter et poten-ter

*) Poenitentia per saltum promoto condigne injuncta. *Innocentius III.* an. 1213. aliter statuit cum eo, qui Diaconatus ordine (ignoranter) praetermisso se fecit ad sacerdotij ordinem promoveri; mandavit enim Pontifex, quatenus sic ordinato pro hujusmodi negligentia condigna injungatur poenitentia, qua peracta in Diaconum ordinetur et permittatur ministrare in ordine sacerdotis, ita *cap. un. Tuae litterae. De clerico per saltum promoto.*

ter *) in partibus transmarinis, dum ad vindicandam injuriam Crucis Christi et terram in qua pedes ejus steterunt de perfidorum manibus vindicandam laudabiliter animam suam ponunt, cum jam nequeant ulterius suis totaliter stipendijs militare, clamant ad nos, preces supplices et omni laude dignissimas effundendo, ut sibi tam in victualibus, quam pecunia nec non alijs modis, quibus possumus celeriter succurramus, sicut cupimus, ne deficiant sed proficiant prelium Domini preliando. Unde nos, qui ad liberationem terre predicte tanto ardentius inspirante Domino aspiramus, quanto Christi Causam utpote ipsius Vicarij licet immeriti constituti tenemur gerere specialius, quinque millia marcarum et mille ducentas libras provenientes preter naulum et alias multas expensas, quas Romanis cruce signatis dedimus ad subventionem predicti exercitus de camera nostra nuper providimus destinanda; sed quia hec sunt modica inter tantos, expedit, ut adhuc alias eis copiosius succurrere festinemus, ne, quod absit, mora periculum ad se trahat. Cum igitur, sicut scis, statutum fuerit in Concilio Generali, ut omnes omnino clerici tam subditi quam Prelati vicesimam Ecclesiasticorum proventuum a tempore predicti Concilij

*) Cruce signatorum copiae divina ope suffultae magnos hoc anno in terris Saracenorum fecere progressus, et si felicibus initijs pares successus respondissent, universa Aegyptus Christianorum imperio adjuncta fuisset. vid. *Raynaldi Annal. Eccles. Tom. XIII. pag. 251. seq.*

lij usque ad triennium integre conferant in subsidium Terre sancte per manus eorum qui ad hoc fuerint Apostolica Providentia ordinati, ecce dilectos filios *Martinum* Cubicularium et *johannem* Marescalcum nostros militie Templi et hospitalis jerusalem Fratres, viros utique providos et discretos, de quorum fide ac devotione plenam in Domino fiduciam obtinemus, propter hoc ad partes Alamanie transmittentes, fraternitatem tuam monemus et hortamur attente per Apostolica tibi scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus vicesimam tam tuorum proventuum, quam diocesis Tue, que nondum collecta est, studeas colligere diligenter, contradictores si qui fuerint vel rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo et tam collectam quam colligendam nec non pecuniam in truncis collectam et aliam receptam pro redemptione votorum fideliter sine diminutione qualibet cures predictis Nuntijs assignare, alias eisdem super negotio hujusmodi ob reverentiam divinam et nostram impensurus Consilium et auxilium oportunum, ita quod et Deum, cujus principaliter causa geritur propitium, et nos tibi exinde reddas favorabiles et benignos. Datum *Laterani* secundo Nonas januarij Pontificatus nostri Anno tertio.

Ex Regesto Anni III. Literarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. 2. ep. 200.

4. jan.

XVII.

XVII.

BREVE HONORIJ III. PP. AD CAPITULUM S. CASTORIS CONFLUENTIAE QUOD PRAEPOSITURA DE IBIDEM COLLATA SIT ALATRINO ETC.

Honorius etc. dilectis filijs Capitulo sancti *Pastoris* *) in *Confluentia* Treverensis dioeces. salutem etc.

Memores quod nunquam vobis pro alicujus provisione dreximus scripta nostra, **) volentes, quod filium *Alatrinum* suddiaconum et capellanum nostrum, quem sue probitatis obtentu carum habemus admodum et acceptum uberiorem a nobis affectum et gratiam de cetero sentiatis. Cum nuper Prepositus vester in ultra marinis partibus a rebus fuerit humanis assumptus, sicut per nobilem virum . . Ducem Austrie nobis innotuit, qui ejus se inter fuisse proposuit sepulture, Preposituram quam idem Prepositus in Ecclesia vestra obtinuit Subdiacono contulimus memorato. Quo circa universitatem vestram rogandam duximus et monendam per Apostolica vobis scripta precipiendo mandantes quatenus eundem Capellanum nostrum in vestrum Prepositum admittentes Praeposituram predictam cum omnibus

*) Castoris.

**) Summi Pontifices qualiter ab initio de beneficijs providerint? meminimus *Tom. IV. Subsid. Diplom. in praefat.*

bus ad eam pertinentibus aſſignetis eidem; Alioquin Venerabili Fratri noſtro . . Archi Epiſcopo Maguntin. noſtris damus litteris in mandatis, ut vos ad id monitione premiſſa per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellat. Nos etiam ſi quid ex nunc ſuper Prepoſitura ipſa contra donationem noſtram factum fuerit, irritum decernimus & inane. Datum *Reate* ſecundo nonas julij Pontificatus noſtri Anno Tertio.

6. Julij.

Scriptum eſt ſuper hoc in eodem modo Archi Epiſcopo Mogunt. verbis competenter mutatis.

Ex Regeſto Anni III. Litterarum Apoſtolicarum Honorij PP. III. Tom. 2. ep. 512.

XVIII.

HONORIJ III. PP. BREVE AD ARCHI-EPISCOPUM TREVERENS. SUPER COLLATIONE PRAEPOSITURAE *S. CASTORIS* CONFLUENTIAE.

Honorius etc. Venerabili fratri . . Archi-Epiſcopo Treverenſ. ſalutem.

Cum dilecto filio *A.* ſubdiacono et Cappellano noſtro in Eccleſia *S. Paſtoris* *) de *Confluentia* tue dioceſis, quam cito te facultas offerret, promiſeris conferre prebendam, quod ad te de antiqua et approbata conſuetudine pertinere dicebas tandem cum

poſt

*) Caſtoris.

post modum tres prebende in Ecclesia predicta vacassent et tuum omiseris implere promissum, tibi super hoc scripsisse neminimus . . Scolastico . . . Custode et Magistro *Oberto* Canonico Magunt. a nobis eidem Subdiacono ut promissum adimpleres hujusmodi, executoribus deputatis; Porro quia Prepositus ejusdem Ecclesie *S. Pastoris* *) nuper fuit a rebus humanis assumtus, sicut per nobilem Virum . . . Ducem Austrie nobis innotuit, qui ejus se interfuisse proposuit sepulture, Preposituram, quam idem Prepositus in Ecclesia predicta obtinuit Subdiacono contulimus memorato, Capitulo Ecclesie memorate mandantes, ut eundem Cappellanum nostrum in suum Prepositum admittentes sibi Preposituram ipsam assignent cum omnibus pertinentibus ad eandem, Venerabili fratre nostro . . Maguntin. Archi Episcopo ad id executore deputato a nobis eidem. Quocirca fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente ac per Apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus eundem subdiaconum ad Preposituram ipsam collatam sibi a nobis libenter admittas, ita ut per eum uberiorem a nobis affectum et gratiam de cetero valeas obtinere. Alioquin eidem Maguntin. Archi Episcopo nostris damus litteris in mandatis, ut te ad id monitione premissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellat.

Nos

*) Castoris.

Nos etiam ſi quid ex nunc etc. irritum decernimus et inane. Datum *Reate* ſecundo nonas julij Pontificatus noſtri Anno tertio.

6. Julij.

Scriptum eſt ſuper hoc in eodem modo . . . Archi Epiſcopo Magunt. verbis competenter mutatis.

Ex Regeſto Anni III. Litterarum Apoſtolicarum Honorij PP. III. Tom. 2. ep. 513.

XIX.

BREVE HONORIJ III. PP. AD EPISCOPUM HERBIPOLENSEM IN CAUSA ANTECESSORIS EJUSDEM OCCISI ETC. ET QUOD NON TENEATUR IN PERSONA COMPARERE IN CONCILIO MOGUNT.

H*onorius* etc. Venerabili Fratri . . *) Epiſcopo Herbipolenſi ſalutem etc.

Cum hij qui bone memorie C. **) Herbipolenſis Epiſcopi Predeceſſoris tui Dei timore poſtpoſito

*) Fuit is *Otto I.* de *Lobdeburg* Trithemio vir magnanimus et dignitate ac ſapientia metuendus.

**) *Conradus I.* de *Ravensburg* juſtitiae tenaciſſimus a *Bodone* de *Ravensburg* et *Henrico Hund* de *Falckenberg*, cum a ſacris in Cathedrali peractis redux eſſet, extra curiam a Fratribus (Bruder Hof) dictam miſere trucidatur tertia Decembris 1202.

posito sanguinem effuderint, tuum quoque sitire sanguinem dinoscantur, nos viam impijs eorum desiderijs precludere satagentes, presentium tibi auctoritate concedimus, ut Venerabili fratre nostro . . . Magunt. Archi Episcopo Metropolitano tuo in loco merito tibi suspecto Concilium seu Colloquium celebrante, tu ad locum hujusmodi personaliter accedere non tenearis invitus, sed absentiam tuam suppleas per nuntios providos et honestos, per quos edoctus de hijs que in ipso Concilio seu Colloquio contigerit ordinari, ea, sicut alij suffraganei Ecclesie Moguntine recipias humiliter et observes; sententiam siquam forte in te contra concessionem nostram tulerit Archi-Episcopus memoratus, decernentes irritam et inanem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et Constitutionis infringere vel ei ausu temerario contra ire. si quis autem etc. Datum *Laterani* secundo nonas Augusti Pontificatus nostri Anno tertio.

Ex Regesto anni III. Litterarum Apostolicarum Honorij PP. III. Tom. 2. ep. 25.

4. Aug.

CHARTAE RESIDUAE AD GESTA MATHIAE ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI

ab anno 1321 – 1328.

XX.

HIE LIEHET DER VON VALKENSTEIN SIN GERICHT UND SIN GEBIET VOR DER STAT HIE DEN BURGERN UND DER STAT ZU LEHEN.

In nomine Domini Amen. Ne rei geste memoria simul labatur cum tempore continua successione labente, expedit ea que geruntur fideli committere custodie litterarum. Pro inde noverit etas presencium et omnis posteritas futurorum, quod nos *Philippus* junior Dominus de *Valkenstein* condignis exigentibus meritis et obsequijs quibus prudentes viri scultetus judices Consules et universi cives civitatis Maguntine amici nostri dilecti gratos se nobis et nostris progenitoribus hactenus exhibere curarunt et acceptos ut ipsos ad complacendum et obsequendum nobis et nostris successoribus in antea prompcius excitemus districtum seu jurisdictionem temporalem, quam hucusque tenuimus et exercuimus extra muros civitatis Moguntinensis infra limites seu terminos dumxatat litteris presentibus designatos videlicet ab opposito domus

domus leproſorum ultra ſtratam ſeu viam publicam ubi crux eſt erecta linealiter et directe uſque ad crucem inclinatam ſuper via qua ad eccleſiam beate *Marie* ex campis tenditur conſiſtentem et ab eadem cruce inclinata directe uſque ad portam exteriorem per quam intratur *ad ſanctum Victorem* veniendo directe de civitate Maguntina et ab ea porta directe uſque ad littus *Reni* et ab inde uſque ad villam *Vietzbach* in ipſo littore deſcendendo, tranſitu navigij quem nobis reſervamus dumtaxat excepto et illeſo per omnia obſervato et in ipſa villa omne quoque jus quod nobis infra dictos terminos et in dicta villa quocunque modo ſeu titulo hactenus competebat, dictis civibus et civitati ac ipſorum reipublice pure ſimpliciter ac liberaliter pro nobis noſtriſque heredibus et ſucceſſoribus conceſſimus et litteris preſentibus concedimus irrevocabiliter in feudum perpetuum, ſtrenuum virum *Petrum de lapide* militem ac *Götzmannum de juvene* Magiſtros civium civitatis predicte nomine eorundem civium et civitatis de dicto feudo preſencialiter ore et manibus inveſtientes recepto homagij et fidelitatis ab eisdem juramento, poſt quorum *Petri* et *Gotzmanni* et cujuslibet eorum deceſſum aut liberam reſignationem nos et noſtri heredes ſeu ſucceſſores eum vel eos de eodem feodo nomine quo ſupra inveſtire tenebimur, quem vel quos ſepedicti cives ex conſulibus civitatis ipſius nobis preſentabunt. In cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem preſentes litteras eis dedimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum et

 Da-

Datum Anno Domini M°CCC°XXI°. ſabbato poſt Epiphaniam Domini.

10. jan.

XXI.

HIE VERBINDET SICH DER VON VALKENSTEIN DAZ ER SCHIKE DAZ DER ERTZBISCHOF VON MEINTZ DIE STAT BELEHEN.

Nos *Philippus* junior Dominus de *Valkenſtein* tenore preſencium litterarum recognoſcimus notum facimus univerſis quod cum nos prudentibus viris ſculteto judicibus conſulibus ac univerſis civibus civitatis Maguntine Amicis noſtris jurisdictionem temporalem quam extra muros Maguntinos habuimus et tenuimus in feudo a Domino Archi Epiſcopo Maguntino infra certos fines et terminos in noſtris litteris ſuper hoc confectis deſignatis ac certis perſonis nomine eorundem civium et civitatis in feudum perpetuum conceſſerimus, nos ipſis civibus litteris preſentibus promittimus bona fide quod poſtquam creatus fuerit Archi Epiſcopus Maguntinus apud ipſum laborabimus et ipſum pro poſſe noſtro ad hoc cum effectu inducemus, quod ipſe Dominus Archi Epiſcopus recepta a nobis reſignatione feudi predicti quoad jurisdictionem infra terminos pretactos conſiſtentem ipſam dictis civibus et civitati ſeu certis perſonis eorum nomine

ne in feudum perpetuum tradat et aſſignet, Ceterum quicquid ijdem cives cum dicto *Wald* armigero et alijs quibuslibet infra fines et limites pretactos aliquid juris vel jurisdictionis ſe habere contendentibus tractaverint ordinaverint ſeu tranſegerint, id ex nunc ratificamus et ratum habebimus in futurum. In cujus rei teſtimonium et perpetuam firmitatem preſentes litteras eis dedimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum et Datum Anno Domini Milleſimo CCC° viceſimo primo ſabbato proximo poſt Epiphaniam Domini.

10. jan.

XXII.

ITEM LITTERA ENGELHARDI DE EBIRSBERG ETC. CASTRENSIS IN BUCHEYM ETC.

Nos *Engelhardus* de *Ebersberg* miles et *Conradus* ejus filius notum facimus univerſis quod Reverendus in Criſto Pater et Dominus noſter Dnũs *Baldewinus* ſancte Maguntine ſedis Proviſor nos in Caſtrenſes opidi ſui *Bucheym* conquiſivit pro centum libris hallenſium bonorum et legalium nobis dandis et ſolvendis infra annum a data preſencium per eum aut ſuo nomine, alioquin ex tunc nobis aſſignabit decem librarum hallenſium redditus annuos dandos et ſolvendos nobis ſingulis annis de ſuis redditibus in Nativitate Domini tam diu do-

nec nobis et nostris heredibus legitimis de predictis centum libris hallens. per dictum Dominum nostrum aut ipsius successores Archi Episcopos Magunt. vel Ecclesiam Maguntinam fuerit absque defalcatione aliqua plenarie satis factum, ante quarum librarum solutionem tenebimur sibi assignare decem librarum hallensium redditus annuos et perpetuos in bonis nostris allodialibus et proprijs sibi et Ecclesie Maguntine bene situatis et eos a predicto Dño nostro suisque successoribus predictis recipere et tenere in feodum castrense dicti oppidi sui *Bucheym* perpetuo tam nos quam nostri heredes prenotati et super eo sibi dare nostras litteras duplicatas prout alij sui fideles et Castrenses facere consueverunt. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini Millesimo CCC° XXI°. XVII. Kalend. Aprilis.

16. Martij.

XXIII.

QUALITER CASTRUM FALKCENBERG DEBET ESSE APERIBILE DOMINO ET ECCLESIAE MOGUNTINAE.

In Nomine Domini Amen. Actiones hominum faciliter exsufflantur, nisi litterarum sufficienti, et testium munimine fulciantur. Hinc est quod nos *Hermannus* de *Grune* Scholasticus Ecclesiae fritzlariensis et *Hermannus* de *falckenberg* canonicus Eccle-

Ecclesiae ejusdem, *Joannes* miles *Conradus* dictus de *Hebelde*, et *Thilo* armigeri, fratres de *falckenberg* Domini ejusdem Castri *falckenberg*, universis has Litteras visuris et audituris, cupimus esse notum praesentibus publice profitendo, quod cum ab Ecclesia et Capitulo Mogunt. in Castrenses et in oppido fritzlariensi recepti simus perpetuos, ejusdem ecclesiae Moguntinae et nos, et Castrum *falckenberg* gubernatione solita, manu tenere teneantur, tanquam suos castrenses alios, et teneri nos pro eo ipsum Castrum *falckenberg* praesentibus aperimus ipsi Ecclesiae Moguntinae et apertum eidem Ecclesiae Moguntinae perpetuis esse debet, Officiati quoque et amici ipsius Ecclesiae Moguntinae habebunt et habere debent perpetuo liberam facultatem ipsum castrum *falckenberg* intrandi, et de ipso exeundi et faciendo contra quoscunque Coloniens. Ecclesia duntaxat excepta, nos quoque consilijs et auxilijs, dictam Moguntinam Ecclesiam juvabimus, et juvare tenebimur sicut et Ceteri Castrenses ipsius Moguntinae Ecclesiae et amici, Eo excepto solummodo, quod si inter Mogunt. et Colon. Ecclesias, cujus Coloniensis Ecclesiae, ego *Thilo* armiger praedictus Castrensis sum, contingat discordiam fortassis aliquam suboriri, quod tunc communes personae esse debemus, et in tali discordia communiter nos tenere, nullam earundem Ecclesiarum adiuvando. Ad quae praemissa inviolabiliter observanda, nos et quilibet nostrum pro nobis et nostris haeredibus, quos habemus et habituri sumus, fide data concorditer promitti-

F 5 mus,

mus, juramento ad hoc praestito corporali. Item portenarios, vigiles et custodes turris, si quae turris in antea aedificaretur ibidem in castro, nullos admittere debemus et recipere, nisi primo huldam et juramentum praestent, et faciant ipsi Moguntinae Ecclesiae pro suo jure, tanquam nobis pro nostro jure, quod facturi perpetuo sub fide et juramento comprehendimus jam expressis. Item sub ejusdem fide et juramento unanimiter promittimus, quod haeredibus nostris et haereditarijs nostris successoribus, qui post decessum aliquorum nostrorum successerint, nullam penitus Castrensem custodiam, quae vulgo Burghutte dicitur, faciemus, nisi primo et antea omnia suis fide et juramento ad observationem praemissorum et subscriptorum quemadmodum et nos fecimus et facimus, se fideliter obligaverint, Ecclesiae et Domino qui pro tempore fuerit, Archiepiscopo Moguntino. Item promittimus dictis fide et juramento, ut si nos aut aliquis nostrum seu nostri haereditarij successores contra observationem praedictorum quocunque casu faceremus, vel contra praemissa aliqualiter veniremus, extunc ipso facto duodecim mansi nostri proprii sub castro *falckenberg* siti, absque omni contradictione esse debent liberi, proprij et soluti ecclesiae Moguntinae et insuper in ducentis marcis argenti puri, vel infra, sub fidejussoria cautione plenius apparebit, erimus et esse volumus eidem Moguntinae ecclesiae Obligati. Dominus quoque Moguntinus qui pro tempore fuerit, et sui officiati, tales mansos sibi et ecclesiae moguntinae confiscare poterunt, et de

ipsis

ipſis diſponere tanquam cum alijs bonis, quae ab antiquo Moguntina ecclesia tenuit libere et poſſedit, et dictas ducentas marcas argenti a nobis pro ipſorum placito poterunt extorquere. Item ad firmiorem cautelam ſponte eligimus in nos, quemlibet noſtrum et in noſtros haeredes, ſi, quod abſit contra veniremus, vel impoſterum aliqualiter faceremus excommunicationum ſententias quibus Sententijs ipſo facto volumus ex hujus negligentia innodari Eligentes etiam voluntarie et expreſſe, quod hujuſmodi excommunicationum ſententias Judices ſanctae Moguntinae ſedis, in nos, quemlibet noſtrum, et noſtros haeredes, ſi in aliquo praemiſſorum defectivi ſeu negligentes fuerimus, proferre poterunt, omni ſtrepitu Judiciario quieſcente. Item profitemur ſub praemiſſis fide et juramento, quod nec nos, nec aliquis noſtrum, neque noſtri haereditarij ſucceſſores Archiepiſcopum Moguntinum qui pro tempore fuerit, Eccleſiam Moguntinam et officiatos ejus pro Caſtrenſi feudo nobis dando aut aſſignando de cetero aliqualiter impetemus, niſi quantum ſervitijs noſtris et laboribus poterimus conſequi ab eisdem. ſi etiam quispiam nos et noſtros haeredes impeteret et incuſaret, ſuper re quacunque placitis ſuper eo aſſignatis Officiati Eccleſiae Moguntinae hujuſmodi placitis intereſſe pro nobis juſtitiam exhibere, et nos proloqui debent nomine Eccleſiae moguntinae Et nos in talibus placitis facere debemus, et recipere quod eſt juris. Si vero aliquis noſtrum aut haeredum noſtrorum nollet jure et juſtitia contentari, ex tunc

Mo-

Moguntina ecclesia et officiati ejus talem qui justitiam facere et recipere denegat, non debent nec tenentur defensare, proloqui vel tueri, Alij etiam sui cohaeredes et concastrenses ipsum nullo modo adjuvabunt, neque permittent, seu permittere debent, ipsum de dicto castro *falckenberg* quidquam damnum facere, vel ad ipsum. Item cautum extitit et Condictum, quod si in gwerra si quam forsitan occasione receptionis nostrae in Castren. Ecclesiae Moguntinae et unionis inter ipsam Moguntinam Ecclesiam et nos initae, contingeret suboriri, damnum quodcunque corporum et rerum perciperemus, super eo Ecclesiam moguntinam non debemus impetere seu aliqualiter incusare, sed si alias et alia de causa in servitijs ejusdem Ecclesiae moguntinae damnum aliquod reciperemus, super tali damno nobis solvendo ipsa moguntina Ecclesia nobis tanquam alijs suis Castrensibus faciat, quod est juris. Item expressè tantum extitit, quod si illustris princeps Dominus *Otto* Landtgravius terre hassiae Dominus, me *Conradum* dictum de *Hebelde* armigerum praenotatum, super aliqua unione secum inita fortassis vellet impetere, ab ipso Domino Landtgravio, et ab ejus impetitione, si cum jure aliqualiter hoc facere potero, me absolvam et apud Ecclesiam Moguntinam tamquam alij mei Cohaeredes et concastrenses dicti Castri debeo et teneor permanere: Si vero me absolvere non potero tunc apud dictum Dominum Landtgravium permanebo, et de castro *falckenberg* ordinationes factae et initae stabunt et per-

permanebunt ſimpliciter et integre, ſicut ſuperius ſunt expreſſae. Si etiam ipſum Dominum Landtgravium contra Eccleſiam Moguntinam quod abſit, me adjuvare forſan oporteret, hoc de munitionibus Domini Landtgravij facere deberem, et non de caſtro *falckenberg* praenotato, quam cito autem ab ipſo Domino Landtgravio me convenienter abſolvere potero, tunc per ipſam eccleſiam Moguntinam in Caſtrenſem admitti debeo ſicut alij mei Cohaeredes et Concaſtrenſes quando hoc duxero requirendum. Et ut praemiſſa omnia et ſingula ſicut praeſcripta ſunt, firmiter et inviolabiliter obſerventur, honorabilem virum Dominum *Henricum de Schweinsberg* Canonicum Eccleſiae fritzlarienſis et *Hermannum* armigerum fratrem ſuum, nec non ſtrenuos milites et armigeros, videlicet Dominos *Reinerum de Talwig*, et *Elgerum* armigerum ſuum filium, *Ottonem* dictum *Hundt* militem, et *Hermannum* armigerum ſuum filium *Hermannum* de *Holtzhuſen* militem, et *Ottonem* ejus filium armingerum *Conradum* de *Twiſten* militem, *joannem* armigerum filium ſtrenui militis *Joannis* de *Benhuſen Wernerum de Weſterburg* armigerum et *Henricum de Haldeſen* armigerum, noſtros fidejuſſores conſtituimus in hunc modum. Quod ſi omnia praemiſſa per nos aut aliquem noſtrum ſeu noſtros haereditarios et legitimos ſucceſſores, in toto ſeu in aliqua ſui parte infracta fuerint vel non debite obſervata, ex tunc dicti noſtri fidejuſſores moniti et requiſiti infra menſem, poſtquam moniti fuerint quodam Commune et publicum in oppido

do fritzlarienſi proprijs in perſonis intrabunt hoſpitium, tamdiu more bonorum fidejuſſorum ibidem fidejuſſionis ſuae debitum exſoluturi, et Commeſſationes facturi, nec a dicto oppido fritzlarienſi receſſuri donec ea quae infracta et non debite obſervata fuerint, debite et plenarie reformentur, quae ſi poſtquam noſtri fidejuſſores antedicti, in obſtagium ad exſolvendum fidejuſſionis ſuae debitum, ſe ut praemittitur, tenentur recipere per nos et noſtros haeredes, infra menſem non fuerint debite et plenarie reformata: ex tunc in poenam ſuperius expreſſam, videlicet perditionem duodecim manſorum et ducentarum marcarum argenti incidimus, et incidere volumus ipſo facto, et nihilominus dicti noſtri fidejuſſores, pro poena hujuſmodi quouſque expedita et perſoluta fuerit totaliter, fidejuſſionis ſuae debitum tenentur exſolvere ſicut primus et ultimus hoc periuri fidei noſtrae violatores, et honoris noſtri perditores debemus et volumus ab omnibus reputari et ubilibet publicari. Eſt etiam expreſſe condictum, quod ſi aliquem fidejuſſorem, vel aliquos fidejuſſores, de noſtris fidejuſſoribus praeſcriptis decedere contigerit, ab hac luce, tunc moniti et requiſiti alium fidejuſſorem aequivalentem, ſeu alios fidejuſſores aequivalentes et idoneos in Locum decedentis vel decedentium ſubrogare tenebimur infra menſem: quod ſi iterum non faceremus, ex tunc dicti noſtri fidejuſſores ſuperſtites, moniti, fidejuſſionis ſuae debitum tenemur exſolvere ſicut prius, tamdiu, donec in locum decedenden-

dentis vel decedentium alter fidejuſſor aeque bonus, ſeu alij fidejuſſores aeque boni, per nos, aut per noſtros haeredes fuerint ſubrogati. Nos quoque *Henricus* de *Schweinsberg* canonicus fritzlarienſis *Hermannus* frater ſuus, *Reinerus* de *Talwig* miles, et *Elgertus* armiger ejus filius, *Otto* dictus *Hundt* miles, et *Hermannus* armiger ejus filius, *Hermannus* de *Holtzhuſen* miles et *Otto* ejus filius armiger *Conradus* de *Twiſten* miles *Joannes* armiger filius ſtrenui militis *Joannes de Benhuſen*, *Wernerus* de *Weſterburg*, et *Henricus* de *Haldeſen* armigeri fidejuſſores praenotati, recognoſcimus, quod hujusmodi fidejuſſionis onus ſponte in non recepimus, et omnia ac ſingula, ſicut praeſcripta ſunt, ſub fide noſtra ſuper eo praeſtita corporali, obſervare promiſimus et promittimus in his ſcriptis, volentes ea omnia et ſingula fideliter adimplere, et in praemiſſorum omnium evidens teſtimonium et perpetuam firmitatem, Nos *Hermannus* de *Grune* Scholoſticus, et *Hermannus* de *Falckenberg* Canonicus fritzlarienſis *Joannes* miles, *Conradus* dictus de *Hebelde* et *Thilo* armigeri fratres de *falckenberg* praenotati, et nos fidejuſſores jam praeſcripti, damus has litteras noſtris ſigillis proprijs ſigillatas. Datum *fritzlar* Kalend. julij anno Domini milleſimo viceſimo primo.

1. julij.

XXIV.

XXIV.

PROVENTUS ECCLESIAE MOGUNTINAE RESERVANTUR CAMERAE APOSTOLICAE.

J*ohannes* Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio . . Electo Magunt. salutem et apostolicam benedictionem. Cum nos dudum intellecta vacatione ecclesie Magunt. fructus redditus et proventus ad archiepiscopalem Mensam ipsius ecclesie pertinentes usque ad provisionem de Archiepiscopo eidem ecclesie faciendam pro nostris et ecclesie Romane necessitatibus duxerimus reservandos ac dilecto filio Magistro *Petro Durandi* Canonico Ebredunen. capellano nostro apostolice sedis nuncio demus per nostras litteras in mandatis, ut per se vel per alium seu alios eosdem fructus, redditus et proventus in quibuscumque consistant a te et ipsius ecclesie capitulo seu vicarijs vel alijs ad illos recipiendum olim constitutis per eos et a quibusvis alijs tam clericis quam laicis nostro et ejusdem ecclesie Romane nomine petere exigere et recipere cum integritate procuret eos, ad tradendum et assignandum illos sibi nomine nostro et ejusdem ecclesie Romane ac impedientes quoslibet vel rebelles cujuscumque status ordinis conditionis vel dignitatis existant, etiam si pontificali vel quavis alia premineant dignitate auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. discretionem tuam rogamus et hortamur

atten-

attentius et per apostolica tibi scripta mandamus quatenus quicquid de fructibus redditibus et proventibus supradictis post provisionem de te factam eidem ecclesie Maguntinens. ad manus tuas quomodolibet pervenerit eidem Magistro *Petro* vel alij seu alijs ad hoc per eum deputando vel etiam deputandis integraliter studeas sine difficultate qualibet assignare et per alios, ad quos dicti fructus proventus et redditus pervenissent, facias quantum in te fuerit assignari. Ut devotionem tuam de Obediencie promptitudine commendare possimus et ad promotionem eorum que tua et ipsius Ecclesie Comoda et augmenta respiciant constituamur merito promptiores. Datum *Avinione V.* Idus Decemb. pontificatus nostri Anno Sexto.

9. Dec.

XXV.

BESTETTIGUNG HERRN MATHIAS ERWELTEN ZU MENTZ DER VON MENTZ FREYHEIT.

M*athias* von Gots und des heiligen stuls zu Rome gnaden Erwelther zu *Mentze* bekennen mit lute disser brieue und begern zu aller lute Kuntschafft zu kommen das wir gnade frieheit privilegia die lobelicher gedechtniss herrn *Syfridt Wernher*, *heinrich Gerbart peter* und ander unser vorfarn Ertzebischoff zu *Mentze* der stadt zu *Men-*

tze zu nutze und Ere der burgere der ſelben ſtaidt geluhen und gunſtlichen beſtetiget als dann der Ertzbiſchoffe ader der Dumkirchen und ander Kirchen zu *Mentze* brieue daruber gemacht volliclicher Inhaldend und bisher von gewonheit gehalten iſt bewilligen und billichen und mit dieſen geynwortigen brieuen beweren und von rechtem wiſſen beſtetigen wollen und globen In guten truwen ſie unuerletzt zu halten und off das dieſe unſer bewerunge beſtetigunge und globung woll geſterckt uns gewiſs ſy geben wir dieſe gegenwertige brieue mit unſerm Inſigel des wir als eyn erwelter gebruchen verſiegelt geſcheen und gegeben zu *Mentze* Anno Domini M°CCC°. xxI°. xVIII. Kl. januarij.

Senckenberg in ſelect. T. 2. p. 129. eandem attulit chartam ſed non ſine mendis.

15. Dec.

XXVI.

MATHIAS A. M. CIVIBUS PROMITTIT, SE VELLE EORUM PRIVILEGIA SIGILLO SUO MAJORI ROBORARE.

Nos *Mathias* Dei et Apoſtolice ſedis gratia Electus Magunt. bona fide promittimus prudentibus viris civibus Maguntinis fidelibus noſtris dilectis litteras noſtras ſuper approbatione et confirmatione graciarum libertatum privilegiorum et im-

immunitatum suarum eisdem civibus et civitati Magunt. a predecessoribus nostris Archi Episcopis Magunt. concessarum per nos facta ipsis traditas in omni tenore quo sub sigillo nostro hucusque solito, quo tanquam Electus usi sumus eedem littere concepte et scripte sunt, postquam munus consecrationis et alia nostre dignitatis insignia receperimus sigillo nostro majori Archi Episcopali mox dum eo uti ceperimus sigillare, quod si non fecerimus competenter requisiti, volumus ipsos cives ex tunc ab observatione juramenti fidelitatis nobis prestiti eo ipso fore liberos et solutos, dantes eis super hoc has litteras sigillo nostro predicto, quo tanquam Electus utimur, communitas. Datum Anno Domini Millesimo CCC°XXI°. XVII. Kal. januarij.

16. Dec.

XXVII.

ERTZBISCHOVE MATHIS BRIEF, INNEHALTEND DAS DIE VON MENTZ DES ERTZBISCHOVEN LIEBE GETREUEN, UND IME MIT EYDEN UND TREUEN VERBUNDEN SEIN.

Wir *Mathes* von Gotts und des heiligen Stuls zu *Rom* Gnaden erwehleter zu *Mentz*. wir globen mit guten treuen, den wisen mennern burgern zu *Mentz*, vnsern lieben getreuen das

wir unſere brief als von bewerung und Veſtigung wegen, ire Gnade, brief, priuilegien, und Freyheiten denſelben burgern und ſtadt zu *Mentz* verliehen. durch uns gethan yne gegeben binnen alle der Zeit, als under unſerm Inſiegel bisher gewönlichen, das wir als ein erwellter gebrauchen dieſelben brief begriffen undt geſchrieben ſindt, wann wir die gab unſerer Conſecration und Wyhung und andere unſerer Wirdigkeit Zierung genommen haben mit unſerem groſſen Ertzbiſchöfflichen Inſiegel ſo bald wir des begynnen zu gebrauchen zu verſiegeln, und wo wir das nit entetten, wann wir das bequemlich erſucht weren, ſo wollen wir, daſs dieſelbigen burger alsdann ires Eydes der getreulichkeit uns gethan ledig und entpunden ſein, und geben jne darauf dieſen brief mit dem egenanten unſerm Inſiegel, des wir als ein erwelter gebrauchen verſiegeit und beveſtiget. Geben Anno Domini Mo CCCo XXI. XVII. Kal. Januarij.

16. Dec.

XXVIII.

XXVIII.

CLERI MOGUNTINI PRIVILEGIA CONFIRMANTUR.

Mathias Dei et Apoſtolice ſedis gratia ſancte Maguntine ſedis electus univerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quia eccleſiarum et monaſteriorum Maguntinenſium Prelati Capitula et Conventus conſideratis gravibus et diverſis expenſis, quas precipue pro libertatibus juribus et negocijs noſtre eccleſie Magunt. et pro communi cleri civitatis et Dyoceſis Magunt. commodo et honore nec non gravibus quibus dicta noſtra eccleſia involuta eſt oneribus debitorum penſatis ex mera liberalitate et promptitudine virtuoſa nobis per grate ſubventionis ſubſidium ſuccurrere decreverunt propter quod nos vice verſa eis condignis retributionibus quantum poſſumus reſpondere, quoſque paterno affectu et favore ſuis exigentibus meritis gracioſo proſequi cupientes promiſimus et irrefragabiliter promittimus per hec ſcripta quod in nullum de ipſo clero aut in ipſas eccleſias ſeu monaſteria civitatis predicte ſuſpenſionis vel excommunicacionis aut interdicti ſentencias proferemus juris ordine pretermiſſo, nec eos vel eorum aliquem citabimus aut citari mandabimus niſi ad certum locum et tutum in noſtris litteris citacionis expreſſum. Item quod contra electiones ordinaciones vel diſpoſiciones dignitatum

personatuum prelaturarum officiorum canonicatuum prebendarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum ad dictos prelatos vel capitula seu conventus communiter vel divisim pertinencium ad presens vacancium vel quos seu quas aut que vacare contigerit in futurum nullum impedimentum per inhibicionem reservacionem vel per quamcumque viam aliam sive ex quacunque causa prestabimus quo minus ipsi in hac parte gaudeant libere jure suo sibique et ecclesijs de hujusmodi dignitatibus personatibus prelaturis officijs canonicatibus et prebendis et alijs beneficijs ecclesiasticis personis ydoneis prout eis placuerit et visum fuerit expedire per formam eleccionis vel alias quocumque modo possint canonice providere. Item quod non compellamus per cohercitionem prelatos Canonicos Capitula et Conventus permutacionibus consentire nisi de consensibus omnium et singulorum quorum interest processerint libera voluntate. Item quod testamenta et ultimas voluntates eorum et ordinaciones bonorum suorum vel alicujus ipsorum si que vel si quas in sanitate vel egritudine ipsi vel eorum aliquis seu alicujus eorum manu fideles electi vel in posterum eligendi fecerint de bonis ab eis vel aliquo eorundem quocumque modo relictis ratas et firmas habere et tenere promittimus et inviolabiliter observare nec aliquid quo minus suum in omnibus sorciantur effectum in contrarium attemptare. Item quod nichil de dignitatibus personatibus et ecclesijs parochialibus incorporatis in civitate vel extra in dyocesi Moguntina racione sub-

sidij

ſidij vel contribucionis cujuscunque nomine requiremus ſpecialiter vel cum alijs communiter aut recipiemus ab ipſis ſeu recipi volumus aut requiri cum per contribucionem ſive ſubvencionem eccleſiarum Maguntinenſium communem ſatis oneratos reputemus eosdem. Item volumus preſencium auctoritate mandantes quod Canonici et perſone eccleſiaruu Magunt. et monaſteria *S. Albani* et *S. jacobi* extra muros Mogunt. de ſuis negocijs ſigillandis ſigillo ſedis noſtre nullum dent ſallarium niſi velint ſpontanea voluntate. Item quod de bonis eccleſiarum et monaſteriorum predictarum et de fundis et ſingulorum canonicorum et clericorum predictorum bonis ſive penſionibus proventuris cum bona hujus ſive vina fuerint ſive bladum vel alique res alie quecunque per alveum *Reni* deſcendere vel aſcendere contigerit quoquo modo vel alias in locis ubi jurisdictionem habemus ſeu poteſtatem nullum omnino recipiemus thelonium nec recipi permittemus nec ipſa bona per nos vel ad cujuscunque querelam vel procuracionem arreſtabimus vel mandabimus arreſtari, nec quoque ſchrotarijs dictis vulgariter Winſchroter vel aliquibus alijs perſonis que ad bona hijs deducenda utiles vel neceſſarie fuerint inhibicionem aliquam vel preceptum in contrarium faciemus neque ullum impedimentum preſtabimus quominus bona hijs libere deducuntur niſi cenſualia forent et cenſus neglectus fuiſſet debitus de eisdem. Item de fructibus prelaturatum dignitatum perſonatuum officiorum canonicatuum prebendarum et aliorum

beneficiorum ecclesiasticorum tempore vacacionis nichil nos intromittemus sed fructus pertinentes ex eis futuris successoribus per ordinacionem et disposicionem ecclesiarum permittemus integre conservari. Item quod in visitacione ecclesiarum Maguntinensium contenti simus summa pecunie ab antiquo procuracionis nomine persolute. Item volumus ne clerici per laycos in dyocesi nostra pro rebus suis seu ecclesiasticis bonis ad judicia secularia pertrahantur. Item volumus quod bona ecclesiarum et monasteriorum civitatis Magunt. a precarijs sive steuris imponendis per nos seu Officiatos nostros in territorijs nostris sint libera et soluta, nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostre concessionis et gracie infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit nostram indignacionem se noverit incursurum. Datum *Moguntie* anno Dni Mill°. trecentesimo vicesimo secundo nonis februarij.

5. Febr.

XXIX.

XXIX.

FRIDERICUS EPISCOPUS AUGUSTANUS TESTATUR, QUOD ELECTUS EYSTETENSIS JURAMENTUM METROPOLITANO DEBITUM PRAESTITERIT.

Nos *Friedericus* Dei gratia Episcopus Ecclesie Augustens. Tenore presentium recognoscimus et profitemur, ac constare volumus universis ad quos presentes pervenerint, vel qui sua crediderint interesse, quod Honorabilis vir *Theodericus de Lierbein* Canonicus Argentinensis Avunculus noster dilectus, coram nobis constitutus, a Reverendo in Christo patre et domino. M. electo ecclesie Eystetens. et per nos Metropolitica auctoritate nobis Subdelegata confirmato, exegit et efficaciter ex commissione Sibi facta requisivit juramentum fidelitatis sancte Magunt. sedis servandum debite et prestandum, quod quidem juramentum taliter exactum et requisitum, idem electus et confirmatus secundum formam et modum sibi transcriptum legitime prestitit atque fecit adhibitis sollempnitatibus debitis et consuetis. In cujus rei testimonium presentes dedimus et transcribi fecimus sigilli nostri Monimine Consignatas. Datum in Monasterio Cesariensi Cystertiensis Ordinis nostre dyoces. Anno Domini MCCC. xxII. feria quinta proxima post dominicam *Quasimodogeniti*.

22. Apr.

XXX.

COMPUTUS A MATHIA ARCHIEP. MOG. RECEPTUS.

Nos *Mathias* Dei et apoſtolice ſedis, gracia ſancte Magunt. ſedis electus, recognoſcimus in hijs ſcriptis, quod anno Domini Milleſimo trecenteſimo, viceſimo ſecundo ſabbato poſt diem diviſionis apoſtolorum, *Johannes* ſcriptor noſter pinguenſis de omnibus per ipſum receptis et diſtributis de bonis Archiepiſcopatus Mogunt. ab ea die, qua quondam Domino *petro* Archiepiſcopo Mogunt. predeceſſori noſtro, recolende memorie, cujus litteras vidimus ſuper eo, conputauerat, uſque in diem beate *Lucie* virginis, *) anni ejusdem Domini noſtri Milleſimi trecenteſimi viceſimi primi, qua die Archiepiſcopatum et eccleſiam noſtram Mogunt. ſubintravimus coram nobis in Camera noſtra Curie Decanatus Mogunt. fecit et reddidit racionem quibus receptis et diſtributis hinc inde conpenſatis et defalcatis, nos eidem *Johanni* ſcriptori noſtro pinguenſi in quatuor libr. quindecim ſolid. et ſex hallens. Item in nonaginta maldra ſiliginis. menſure pinguenſis remanemus et remanſimus debitores, et eſt notandum quod de hijs que poſt predictam diem beate *Lucie*, qua die ſupervenimus ex parte noſtra recepit et diſtribuit, nichil penitus extitit computatum. Datum *Mo-*

guntie

*) 13. Dec.

guntie ſabbato poſt diem *Simonis* Apoſtolorum. Anno Domini M°. trecenteſimo viceſimo ſecundo pre notatis.

30. Oct.

XXXI.

LITERA RENUNTIATIONIS FACTAE PER DOMINUM SIFRIDUM COMITEM DE WIDICHENSTEIN, ET UXOREM EJUS LEGITIMAM, SUPER OMNIBUS IMPETITIONIBUS ET CAUSIS, QUAS HABUERUNT CONTRA DONINUM MATHIAM ARCHIEPISCOPUM, ET EJUS ECCLESIAM MOGUNTINAM RATIONE CASTRI BATTENBURG.

Nos *Sifridus* Comes de *Widichenſtein* et *Margaretha* Conthoralis ejusdem legitima, ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod nos certis ex cauſis, noſtro et *Henrici* fratris noſtri *Sifridi* praedicti, et haeredum noſtrorum nomine in manus Reverendi in Chriſto patris ac Domini, Domini *Mathiae* ſanctae Moguntinae ſedis Electi, renunciavimus, et voluntate ſpontanea renunciamus publice per praeſentes, omnibus juribus et actionibus, uſque in hodiernum diem, qualitercunque, et ex cauſis quibuscunque nobis contra memoratum Dominum *Mathiam* Electum, et Eccleſiam moguntinam competentibus, ſuper caſtro *Battenburg*, ejus quoque pertinentijs univerſis, ſi

quae

quae nobis impetitiones forsan competerent, vel competere potuissent in eisdem. Renunciamus insuper, quo supra nomine, omnibus Litteris seu instrumentis super praemissis qualitercunque confectis. Promittentes per nos praestita fide, pro nobis cohaeredibus et haeredibus nostris praedictis, quod praefatum Dominum Electum, successores ejus, et Ecclesiam Moguntinam praedictam super praemissis non molestabimus, nec inquietabimus, in judicio vel extra judicium per nos vel alium seu alios, directe vel indirecte, de jure vel de facto, et quod praemissis litteris et instrumentis, si quas habemus, contra praedictos Dominum Electum et Ecclesiam Moguntinam aliquatenus non utemur, sed eas quas habemus quam cito poterimus, praefato Domino Electo, vel ejus nuncijs vel procuratoribus suo nomine sine fraude et dolo curabimus assignare. Dantes has nostras patentes Litteras, sigillorum nostrorum robore communitas, in evidens testimonium omnium praemissorum. Datum *Amoeneburg* quinto Kalend. Decembris Anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo secundo.

Et nos *Syfridus* comes de *Wytdichenstein* predictus bona fide promisimus et promittimus pro nobis et nostris heredibus per presentes corporali desuper per nos prestito juramento, nos omnia et singula prescripta sicut scripta sunt rata et grata et firma tenere et ea inviolabiliter observare, Dantes

22. Nov.

tes presentes sigillo nostro munitas in testimonium super eo. Datum loco, anno et die predictis.

XXXII.

HARTRADUS DE MERENBERG CASTRENSIS IN AMOENEBURG RECEPTUS.

Nos *Mathias* dei et apostolice sedis gracia sancte maguntine sedis electus recognoscimus tenore presencium publice profitentes, quod nos nobilem virum *Hartradum* dñm *de Merenberg* in nostrum et ecclesie nostre maguntine castrensem castri nostri *Ameneburg* recepimus et recipimus per presentes ita videlicet, quod nos centum marcas den. colon. tribus hlln pro denario conputatis dare et assignare debemus eidem post instans festum nativitatis dni infra annum proxime subsequentem per cellr. nostrum in dicto castro qui pro tempore fuerit numerandas qui quidem celler. postquam prefato *Hartrado* infra predicti temporis spacium pecuniam memoratam obtulerit, qu͂cunque extunc idem *Hartradus* redditus decem marcarum pagamenti predicti in bonis ipsius jure directi dominij ad ipsum spectantibus et predicto castro nostro magis vicinis et alias melius congruentibus fraude et dolo prorsus exclusis demonstrare declarare et designare debebit extunc in antea pro feodi castrensi tenendos et possidendos ab ipso, quibus demonstratione declaratione et designatione sicut pre-

premittitur per eam factis extunc Celler. predictus oblatam pecuniam expedire et numerare debebit eidem et si predictas centum marcas infra pretactum terminum prefato *Hartrado* non ordinaverimus per celler. nostrum qui pro tempore fuerit expediri extunc idem celler. singulis annis decem marcas pagamenti pretacti memorato *Hartrado* pro castrensi feodo expedire et assignare debebit, donec predicte centum marce ut premittitur eidem oblate fuerint integraliter et solute, quibus oblatis sibi post annum predictum qdcunque extunc idem *Hartradus* redditus decem marcarum in bonis suis designare debebit, sicut superius est expressum, est eciam taliter ordinatum, quod memoratus *Hartradus* in custodia municione defensione dicti castri et alijs quibuscunque ea nobis seruicia facere et exhibere debebit, que alij consimiles castrenses dicti castri de consimili feodo facere et exhibere communiter consueuerunt, et si necesse fuerit per defensionem dicti castri idem *Hartradus* super hoc requisitus duos armatos nobiles et bene expeditos mittere et in ipso castro suis sumptibus et expensis retinere debebit donec hujusmodi necessitatis impedimentum cessabit, si vero magna et euidens necessitas hoc persuaserit, memoratus *Hartradus* ex tunc requisitus personaliter in dicto castro residere debebit sicut alij castrenses sui pares consueverant residere, fraude et dolo in hijs prorsus exclusis, est eciam dictum, quod heredes prefati *Hartradi* redditus decem marcarum predictos postquam in bonis ipsius ut premittitur fuerint designati, pro

feodi

feodi caſtrenſi teneant et poſſideant et omnia tanquam caſtrenſes noſtri faciant et obſeruent, que ſuperius ſunt expreſſa dantes has noſtras literas ſigillo noſtro munitas in teſtimonium premiſſorum, datum *Ameneburg* X. Kal. decembr. anno dni M° CCC° viceſimo ſecundo.

22. Nov.

XXXIII.

LITERA QUALITER DOMINUS MATHIAS ARCHIEPISCOPUS MOGUNTINUS CONQUISIVIT DOMINUM SIFRIDUM COMITEM DE WYDICHENSTEIN IN CASTRENSEM.

Nos *Mathias* Dei et apoſtolicae ſedis gratia, ſanctae Moguntinae ſedis Electus, recognoſcimus tenore praeſentium publice profitentes, quod nos ſpectabilem virum, *Sifridum* Comitem de *Widichenſtein*, in noſtrum et Eccleſiae noſtrae Moguntinae Caſtri noſtri *Battenburg*, recepimus et recipimus per praeſentes, ita videlicet quod nos ducentas marcas denariorum Colonienſium, tribus hallenſibus pro denario computatis, dare et aſſignare debemus eidem, poſt inſtans feſtum Nativitatis Domini ad annum, Centum et deinde in feſto Nativitatis Domini immediate ſequenti, alias centum integraliter exſoluendo, quibus perſolutis et aſſignatis, eidem ipſe *Sifridus* decem marcarum redditus pagamenti praedicti in bonis ipſius, jure directi

do-

dominii ad ipsum spectantibus, et praedicto Castro nostro magis vicinis et melius congruentibus fraude et dolo prorsus exclusis, demonstrare, declarare, et nobis vel nostris Officiatis designare debebit, extunc in antea pro se et suis haeredibus in feudum castrense tenendos et possidendos ab ipso et suis haeredibus universis a nobis et Ecclesia Moguntina Debet insuper memoratus Comes vel ejus haeredes nobis et Ecclesiae nostrae Moguntinae praedicta fideliter contra quoscunque exceptis Reverendo patre Archiepiscopo coloniensi et nobilibus viris comitibus de *Nassawe* et de *Arnsberg* assistere, et nos et Ecclesiam nostram predictam, nostros quoque successores, contra quoscunque alios, cujuscunque dignitatis, status, seu conditionis existant, cum decem armatis bene expeditis, fraude et dolo prorsus exclusis, super hoc requisitus juvare nobisque servire ad tempora vitae nostrae, et vitae suae, sub nostris tamen et Ecclesiae nostrae periculo et expensis. Debet etiam memoratus comes et sui haeredes in custodia munitione, defensione dicti castri et alijs quibuscunque ea nobis servitia facere, et praestare: quae alij Castrenses nostri nobiles et sui pares de consimili feudo Castrensi facere et praestare hactenus consueverunt: ita videlicet quando opus est mittet ibi pro se duos famulos bonae condicionis, sub suis expensis et periculis pro debita custodia, et si ulterior necessitas exegerit, ipse ibi se ad hoc transferet propria in persona. Item est actum, quod ipse debet nobis praedicto tempore vitae nostrae et suae, aperire omnes munitiones

nitiones ſuas, quas habet et habebit, ad omnes neceſſitates noſtras, quando et quotiens fuerit requiſitus. Nos etiam ipſum tanquam noſtrum Caſtrenſem in juribus ſuis fovebimus et promovebimus quam diu juri ſtare et eò contentari voluerit, ad juſtitiam conſequendum. In praemiſſis omnibus ex utraque parte excluſi eſſe debent omnino fraus et dolus. Et in evidentiam omnium praemiſſorum, ſigillum noſtrum praeſentibus eſt appenſum. Datum *Amoeneburg* quinto Kalend. Decembris Anno Domini Milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo.

27. Nov.

XXXIV.

LITTERA QUALITER THILO ET JOANNES DE ITTERE FACTI SUNT CASTRENSES ECCLESIAE MOGUNTINAE IN CASTRO NUWENBURG ET DE AUXILIO SIBI MUTUO PRAESTANDO.

Nos *Thilo* et *Joannes* de *Ytere*, recognoſcimus in his ſcriptis, et ad univerſorum notitiam cupimus pervenire. quod nos Venerabilis in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini *Matthiae* ſanctae Moguntinae ſedis electi, et Eccleſie ſuae Moguntinae caſtrenſes facti ſumus, et cum ipſis nos univimus et concordavimus, prout in infra ſcriptis ejusdem Domini noſtri litteris deſuper confectis continetur plenius, et apparet, quarum lit-

terarum tenor de verbo ad verbum talis eſt: Nos *Mathias* Dei et apoſtolicae ſedis gratia, ſanctae Moguntinae ſedis Electus recognoſcimus in his ſcriptis, quod nos nobiles viros *Thilonem* et *Joannem* fratres de *Ntere*, in noſtros, et Eccleſiae noſtrae Moguntinae caſtren. in Caſtro noſtro *Newenberg*, vel alio, quod ipſis nondum decreverimus conquiſivimus et recepimus, in hunc modum: videlicet, quod nos ipſos in jure eorum ubi jus acceptare et facere voluerint tanquam alios noſtros caſtrenſes, proloqui, et ipſis aſtare contra quoscunque eorum injuriatores, Colon. Eccleſia duntaxat excepta, volumus et debemus Ipſi quoque fratres praedicti per ſe ipſos et cum omnibus eorum munitionibus ac hominibus, nobis et Eccleſiae noſtrae contra quoſcunque noſtros et Eccleſiae noſtrae injuriatores et adverſarios, aſtare et nos juvare, Colonienſis eccleſia ſimiliter excepta, fideliter tenebuntur. Si vero inter nos, noſtram quoque Eccleſiam Mogunt. et colonien. Eccleſiam aliquam fortaſſis contingeret diſcordiam ſuboriri, et illa diſcordia per ſe et ſuas munitiones, ac homines ſuos, praedicti fratres Communes perſonae eſſe debent, et Communiter ſe tenere, neutram earundem Eccleſiarum quomodolibet adjuvando. Et ſi in gwerris noſtris et Eccleſiae noſtrae, in quibus ipſi fratres nobis ad noſtram vel Officiatorum noſtrorum requiſitionem aſtiterint, damna aliqua notabilia in perſonarum captivationibus, aut Equorum et dextrariorum perditionibus contingeret ſuſtinere, de illis damnis eisdem fratribus tanquam

alijs

alijs nostris castrensibus faciemus. Praedicta quoque ordinatio inter nos et saepe dictos fratres ad tempora vitae nostrae praecise durabit. Si autem ipsis litteras capituli nostri desuper ordinaverimus ex tunc perpetuo durabit inter Ecclesiam nostram, ipsos fratres ac haeredes eorundem, Et ad praemissa omnia ac singula observanda et fideliter adimplenda, praedicti fratres se per fidem praestitam, et corporale juramentum desuper factum firmiter astrinxerunt. In quorum omnium testimonium, has damus litteras nostri sigilli appensione munitas. Datum *Amoeneburg* Decimo quinto Kalend. februarij, Anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo tertio. Quae praemissa omnia et singula sicut praescripta sunt, nos *Thilo* et *Joannes* fratres *de Ytere* praenotati vera esse, et ad fidelem ipsorum observantiam nos per fidem nostram, et corporale juramentum per nos desuper praestitum, recognoscimus astrinxisse, Et in eorum evidentiam et debiti roboris firmitatem, nostra sigilla his litteris duximus appendenda. Datum loco Anno, et die quibus supra.

18. Jan.

XXXV.

ITEM LITTERA HERMANNI DE OLMENA MILITIS DICTI TUFEL SUPER VENDICIONE XXVIII. SOLIDOS COLON. QUOS DEPUTAVIT DOMINUS ARCHI EPISCOPUS MAGUNT. SUPER QUODAM MOLENDINO IN ALSHEYM ET TENET IN FEUDUM.

Ego *Hermannus de Olmena* miles dictus *Tufel* recognoſco per preſentes ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, qnod cum vendiderim juſto vendicionis tytulo honorabilibus viris Dominis Eccleſie Maguntine annuos et perpetuos redditus vinginti octo ſolidorum Colon. ſitos ſeu cedentes de bonis Dominorum eorundem in *Olmena* quos quidem redditus a Rdō in Criſto Patre ac Dño Dño meo ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopo hactenus tenui jure feodali ego in recompenſam feodi ejusdem deputavi et aſſignavi aſſigno et deputo in hijs ſcriptis dicto Domino Maguntino redditus viginti octo ſolidorum Colon. pro molendino meo ſito in curia mea ville *Alsheym* habendos per me a dicto Domino Maguntino tytulo feodali, quos quidem redditus ut predicitur coram ſculteto et ſcabinis ville *Alsheym* predicte in manus ſtrenui militis *Billungi* de *Olmena* officiati ibidem recipientis nomine Domini Maguntini ſupradicti libere reſignavi prout ibidem in judicio ville *Alschcim* conſue-

ſuetudinis eſt et moris. In cujus rei teſtimonium evidens ſigillum dicti Domini *Billungi* militis ad preces meas preſentibus eſt appenſum. Ego quoque *Billingus* miles ſepefatus recognoſco quod ad peticionem prefati *Hermanni* militis ſigillum meum quod dictus *Hermannus* proprio caret ſigillo, duxi preſentibus appendendum. Datum Anno Domini Milleſimo CCC°XXIII°. XV. Kalend. Aprilis.

18. Mart.

XXXVI.

ITEM LITTERA HERMANNI DUFEL MILITIS SUPER FEUDO MOGUNTINO IN OLMENA.

M*athias* Dei et apoſtolice ſedis gratia ſancte Maguntine ſedis electus recognoſcimus publice per preſentes, quod cum ſtrenuus miles *Hermannus* de *Olmena* dictus *Tufel* fidelis noſter dilectus de noſtro expreſſo conſenſu honorabilibus viris Capitulo Eccleſie Maguntine juſto vendicionis tytulo vendiderit annuos et perpetuos redditus viginti octo ſolidorum denariorum Colon. cedentes de bonis Dominorum eorundem in *Olmena* quos quidem redditus prefatus *Hermannus* et ſui progenitores a nobis et noſtris predeceſſoribus Archi Epiſcopis Maguntinis hactenus feodali tytulo dicitur pacifice poſſediſſe, nos dicta bona ſive redditus a jure feodi quo nobis ſubjecta exiſtebant abſoluimus et

dicte Ecclesie Maguntine appropriamus simpliciter et in totum, qui quidem miles suo et heredum suorum nomine viginti octo solidorum denariorum colon. redditus in molendino suo sito in villa *Alsheym* nostre jurisdictioni submisit et a nobis rite recepit a se et suis heredibus feodali tytulo possidenda. In cujus rei testimonium evidens sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Datum *Alsheym* Anno Dñi Millesimo CCC°XXIII°. IIII. Kal. Aprilis.

29. Martij.

XXXVII.

ITEM LITTERA RUPERTI PINCERNE DE SWEINSBERG QUOD FEUDUM CASTRENSE IN ASCHAFFINBURG HABEAT.

Nos *Robertus* dictus *Schencke de Swensburg* miles et *Wila* uxor ejus legitima recognoscimus publice in hijs scriptis quod super omnibus bonis inmobilibus que ad me *Wilam* predictam ex parte parentum meorum videlicet patris et matris et mariti mei premortui devoluta sunt sive ex successione sive ex donatione sive alio tytulo aut jure quocumque inter venerabilem patrem et Dominum nostrum Dominum *Mathiam* sancte Maguntine sedis electum suo et Ecclesie sue Maguntine nomine et nos tractatum concordatum et conventum est per ordinem sicut in litteris predicti Domini nostri desuper con-

fectis

fectis et nobis traditis plenius continetur sub testimonio testium qui in dictis litteris sunt sub scripti, quarum litterarum tenor de verbo ad verbum talis est = Nos *Mathias* Dei et Apostolice sedis gratia sancte Maguntine sedis electus recognoscimus in hijs scriptis, quod inter nos nostro et Ecclesie nostre Maguntine nomine ex una et strenuum militem *Robertum* dictum *Schencke* de *Swensberg* suo et *Wyle* conjugis sue legitime nomine parte ex altera super bonis inmobilibus que ad eandem *Wilam* ex parte olim parentum ejus videlicet patris et matris et etiam ex parte mariti ejus premortui pervenisse et devoluta esse noscuntur sive ex successione sive ex donatione aut alio tytulo quocunque taliter est concordatum et tractatum, quod predicti *Robertus* miles et *Wila* uxor ejus omnia bona hujusmodi ad manus nostras libere resignaverunt, nos quoque in eisdem bonis prefato militi concessimus in feodum castrense hereditarium quod vulgariter erbe burglehen nuncupatur in *Aschaffenburg* deserviendum redditus ad valorem viginti marcarum denariorum Coloniensium tribus hallensibus pro denario computatis, residuum vero bonorum eorumdem sibi concessimus in feodum quod vulgariter manlehen appellatur, hoc adjecto quod ipse quamdiu vivet dicta feoda quodlibet eorum jure suo prout in hujusmodi feodis castrensibus consuetum est, fieri tenebitur fideliter deservire sicut de hoc more solito corporale nobis prestitit juramentum, post mortem vero ejus filii sui quos cum *Wila* uxore sua predicta ipsum in futu-

 rum

rum habere contingit, alioquin filij sui, quos jam habet, sibi succedere debent in solidum in predictis feodis et ea sicut castrenses et wasalli modo premisso fideliter deservire, hoc tamen expresse acto, si ipsum *Robertum* premori contiget, *Wila* predicta superstite remanente, extunc ipsa in possessione et perceptione dictorum feodorum sine omni inquietatione heredum predicti *Roberti* debet remanere ad tempora vite sue, post mortem ejus prefatis feodis ad filios dicti *Roberti* sicut premittitur devolvendis, et ut ista firma et inviolata permaneant, has litteras desuper fieri et nostro sigillo jussimus communiri et eas tradimus conjugibus antedictis. Testes hujus rei sunt strenui milites *Wenczelo de Clen* burggravius in *Frideberg Guntramus* dictus *Schencke* de *Swensberg Guntramus* fratruelis ejus *Rubertus* de *Carben* dictus *Ruschbech*, *Fridericus* de *Wasen Cuno* de *Wetzelsheim Berthramus* de *Velwil Gilbertus* de *Dudelsheim Johannes* de *Husenstam Sifridus* de *Merchesheim Hartmannus* de *Kalsmunt Hartmannus* de *Bumerode* armigeri et quam plures alij fide digni. Actum et datum in *Aschaffinburg* Kalendis Maji Anno Domini M° trincenthesimo vicesimo tertio. Promittimus quoque nos *Robertus* et *Wila* conjuges predicti bona fide pro nobis et nostris heredibus conjunctim et divisim predictos tractatus sicut habiti sunt et in predicti Domini nostri litteris conscripti firmos et inviolabiles observare. Ego etiam *Robertus Schencke* miles predictus predicto Domino meo

1. Maji.

meo ratione feodorum prescriptorum in litteris antedictis tanquam castrensis et wasallus debita juramenta mé recognosco prestitisse. In quorum omnium testimonium evidens et roboris firmitatem predicto Domino nostro et Ecclesie sue dedimus has litteras sigillo mei *Roberti* militis sepedicti sigillatas, quo sigillo Ego *Wila* predicta una cum marito meo predicto usa sum et contentor in hac parte. Actum et Datum Anno Domini etc. die et loco predictis etc.

XXXVIII.

ITEM LITTERA REINTARDI DE STRALENBERG QUOD SIT CASTRENSIS IN SCHAWENBURG.

Nos *Reinwardus* de *Stralenberg* ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod intervenientibus Viris Dominis *Ludovico de Rynnecke* juniore *Rudolffo* de *Wertheim* Comitibus et *Ulrico* Domino de *Bickenbach* nec non strenuis viris *Conrado Ruden* et *Wernhero* de *junchalcz* militibus cum Rdō Patre et Domino nostro Dño *Mathia* sancte Magunt. sedis Electo et consecrato super discordia que inter eum ex una et nos ex parte altera vertebatur sumus taliter concordati quod idem Dominus noster Maguntinus in Castrensem vulgariter dictum ein ledig burgmann castri sui *Schauwenburg* nos receperit et quod in jure nostro quam-

diu justicia volumus contentari sicut ceteros castrenses suos nos juvare defendere et confovere debebit, nos quoque eidem Domino Maguntino pro tempore vite sue ad omnes ipsius et Ecclesie Maguntine necessitates debemus assistere et sibi castra et municiones nostras videlicet *Stralenberg Waldeck* et *Schriesheim* quando et quotiens super hoc nos per se vel officiatos suos vel alios requisiverit aperire ipsumque et Ecclesiam Maguntinam ad tempus vite sue dumtaxat cum eisdem et de eisdem castrensibus et munitionibus contra quascunque personas cujuscunque dignitatis status seu conditionis existant fideliter defendere et juvare exceptis Rdi̅s patribus et Dominis Wormaciensi episcopo et Abbate Monasterij Elwacensis nec non Dn̄is *Ludowico* et *Rudolfo* comitibus et *Ulrico* Dn̄o de *Bickenbach* supradictis, nobilibus viris de *Hoenloch* omnibus et *Conrado* Pincerna de *Erpach*, excepto insuper serenissimo Dn̄o *Ludovico* Romanorum Rege vel ejus successoribus si forsan eos cum prefato Dn̄o Maguntino discordare contingeret, tunc enim super sedere tenemur nec prefato Dn̄o Maguntino cum castris et munitionibus servire vel assistere supradictis, et si pro tempore vite prefati Domini Maguntini contra premissa vel aliquod premissorum in toto vel in parte per nos vel per alios faciemus ex tunc eidem Domino Maguntino suis successoribus vel Ecclesie Maguntine mille marcas argenti puri et legales ponderis Maguntini pene nomine persolvemus, sub rerum nostrarum omnium ypotheca, cui pene non vi vel metu

aut

aut dolo compulsi vel inducti sed sponte nos submisimus et submittimus per presentes, et ut omnia et singula premissa rata et firma remaneant nos fide data desuper per nos corporali prestito juramento promisimus et promittimus per presentes quod nos ea inviolabiter observabimus nec aliquibus arte dolo seu ingenio contra ea per nos vel per alios aliquatenus veniemus dantes has litteras sigillo nostro munitas in testimonium super eo. Datum et actum in opido *Heilgenstad* presentibus honorabilibus viris et Dominis *Emichone de spanheim* et *johanne* de *Riffenberg* canonicis Maguntinis *Conrado* Decano et *Heinrico* Cantore Ecclesie *Heilgenstadensis* nec non nobilibus viris *Ludowico* et *Rudolfo* comitibus *Ulrico* Domino de *Bickenbach* et strenuis viris *Conrado Ruden* et *Wernhero* de *junckholtz* militibus supradictis ac etiam *Goswino* Schultetis *Theoderico* advocati armigero et *Wernhero* de *Geyslede* opidanis in *Heilgenstad* et alijs quam pluribus fide dignis tam clericis quam laycis ad hoc vocatis specialiter et rogatis sub Anno Domini Millesimo CCC° vicesimo tercio in vigilia beati *Laurencij* martiris.

9. Aug.

XXXIX.

XXXIX.

QUALITER COMITES DE SOLMZE HABENT IDEM CASTRUM IN FEUDUM A DOMINO.

Nos *Joannes* et *Henricus* de *Solmze*, recognoſcimus in his ſcriptis, publice confitentes, quod nos Caſtrum dictum *Hohenſolmze*, quod jure directi dominij ſeu proprietario nobis et cohaeredibus noſtris pertinuit, ad manus Reverendi in Chriſto Patris Domini *Mathiae* Mogunt. Electi et conſecrati, ſuo et Eccleſiae Moguntinae nomine, pro nobis, Cohaeredibus et haeredibus noſtris, cum debita ſolennitate, ſponte renunciamus, et eidem Domino *Matthiae* et Eccleſiae Moguntinae ipſum tradidimus jure directi dominij perpetuo retinendum, pro quingentis lib. hallen. per eundem Dominum Electum in ſubſcriptis terminis, videlicet in feſto beatae *Walpurgis* proximo trecentis, et deinde in feſto beati *Martini* immediate ſequenti ducentis lib. hallen. nobis integraliter perſolvendis, volentes proprietatem ſive directum dominium dicti Caſtri, apud ipſum Dominum *Mathiam* Electum praedictum, ejus ſucceſſores et Eccleſiam Moguntinam perpetuo remanere. Item recognoſcimus et publice confitemur, quod poſt hujuſmodi renuntiationem, et traditionem caſtri praedicti, nos pro nobis, Cohaeredibus et haeredibus noſtris, praedictum caſtrum a memorato Domini

electo,

electo, praestito sibi per nos homagio, in feudum recepimus titulo feudali ab eo, et ab Ecclesia Moguntina per nos Cohaeredes et haeredes nostros, tenendum inantea et perpetuo possidendum, et quod dictumCastrum esse debet domus aperta, et domus lygia vulgariter dicta. Ein offen ledig hauss, praefati Domini Electi, ejus successorum et Ecclesiae moguntinae: quodque idem Dominus electus, ejus successores et ecclesia Moguntina de ipso castro, et per ipsum castrum, contra quascunque personas, cujuscunque dignitatis, status seu conditionis existant, et specialiter contra Dominum Landtgravium Hassiae, se juvare et defendere poterunt et debebunt, nobilibus Dominis *Syfrido* comite de *Witchenstein* et *Hartrado de Merenberg* duntaxat exceptis. Insuper recognoscimus quod nos fidele nostrum servitium nos *Joannes* praedictus cum Octo, et nos *Henricus* praedictus cum quatuor galeatis viris et alias secundum consuetudinem patrie, equis et armis legaliter expeditis, pro tempore vice ejusdem Domini electi, et nostrae inter diocess. Mogunt. et in istis partibus circumquaque inter *Basileam* et *Coloniam*, ubicunque quandocunque et quotienscunque per memoratumDominum electum, vel ejus officiatos super hoc requisiti fuerimus, prefato Domino Electo tenemur impendere, ipsumque et Ecclesiam Moguntinam contra quascunque personas, ut praemittitur, et Specialiter contra Dominum Landtgravium praedictum fideliter defendere et juvare praefatis Dominis *Syfrido* et *Hartrado*, sicut prius exceptis: Sub ipsius tamen Domini

mini Moguntini praedicti et Ecclesiae moguntinae sumptibus et expensis, nobis sicut alijs suis fidelibus secum, vel cum suis Officiatis proficiscentibus seu morantibus, quamdiu cum eo vel ejus officiatis in servitio ipsius et Ecclesiae Moguntinae nos morari vel proficisci contigerit, ministrandis. In quibus sine vara ot dolo tenebimur Contentari. Et si taliter praefato Domino Electo, ut praemittitur serviendo aliqua damna, quae secundum consuetudinem patriae solent refundi, nos sustinere contigerit, hujusmodi damna idem Dominus electus, ejus successores, vel ecclesia Moguntina nobis refundere tenebuntur, ad aestimationem eligendorum hinc inde Communium amicorum, Praeterea recognoscimus, quod ex nunc in bonis nostris jure proprietatis et directi dominij ad nos pertinentibus et praedicto Castro magis vicinis, redditus quinquaginta librarum hall. ad arbitrium Cellerarij et officiati in *Amoeneburg* demonstrare et designare debemus, ex tunc in antea, postquam quingentae praedictae lib. nobis fuerint persolutae per nos, cohaeredes et haeredes nostros, in feudum et feudali titulo, una cum praedicto Castro a praefato Domino Electo, ejus successores et Ecclesiam moguntinam perpetuo tenendos et etiam possidendos. Et si forte sine haeredibus masculis decedere nos contigerit filia vel filiabus relictis, hujusmodi filia seu filiae nobis debent succedere, in feudis praelibatis, sub modis et Conditionibus supra scriptis, Et ut omnia et singula praemissa et subscripta inconvulsa et illibata remaneant, Nos

ea

ea fide data desuper Corporali per nos praestito juramento promisimus et promittimus per praesentes, pro nobis, Cohaeredibus et haeredibus nostris, inviolabiter observare, et ea fideliter adimplere ordinatim quoque haeredes nostri, cum ad annos discretionis pervenerint, corporaliter jurabunt, quod praemissa omnia et singula nobiscum fideliter et inviolabiliter observabunt, sigilla sua praesentibus appensuri. Et in testimonium evidens praemissorum, sigilla nostra una cum sigillo *Theodorici* Germani nostri, *joannis* praedicti pro nobis et Ceteris cohaeredibus nostris praesentibus sunt appensa. Et nos *Theodoricus* praedictus corporali per nos praestito juramento, promisimus et promittimus per praesentes, quod omnia et singula praemissa inviolabiliter observabimus, et ea fideliter adimplebimus, sigillum nostrum praesentibus appendendo. Datum quarto Kalend. Septemb. Anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo tertio.

29. Aug.

XL.

❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋

XL.

J. ET H. COMITUM DE SOLMS LITTERAE RECOGNITIONIS SUPER VARIJS BONIS QUAE AB ECCLESIA MOG. IN FEUDO TENENT.

Nos *Joannes* et *Henricus* Comites de *Solmes*, recognoſcimus publice in his ſcriptis confitentes, quod in bonis noſtris infraſcriptis jure proprietatis et directi dominij, ad nos pertinentibus, videlicet in univerſis agris circa Caſtrum *Hobenſolmes* jacentibus, et ad ipſum Caſtrum pertinentibus. Item in loco dicto, *Wenigdensburg*, nobis totaliter pertinente. Item in loco dicto *Groſs Denspurg*, pro parte media nobis pertinente. Item in *Helffhals* in *Gruben* cum pratis agris et Sylvis in toto nobis pertinentibus. Item in *Indagine* prope *Kongesberg* pro parte nobis pertinente. Item in *Ramsberg* cum pertinentijs ſuis. Item die *Katzbach* cum agris, pratis Sylvis, cum caeteris pertinentijs, ad curiam noſtram *Kongesberg* ſpectantibus. Item in curia ſita in villa *Denſpurg*, cum ſuis petinentijs nobis *joanni*, Comiti praedicto duntaxat proprietatis jure pertinente, ad arbitrum ſtrenui militis *Crafftonis* de *Hatzfeldt* Officiati in *Amoeneburg* et diſcreti viri *joannis* Cellerarij ibidem redditus quinquaginta lib. hall. demonſtravimus, deſignavimus et praeſentibus deſignamus ex nunc in antea, per nos, cohaeredes et haeredes noſtros

noſtros in feudum et feudali titulo una cum caſtro *Hohenſolmes* praedicto, a Reverendo patre et Domino noſtro Domino *Mathia* Archiepiſcopo Moguntino et ſucceſſoribus et Eccleſia moguntina tenendos et perpetuo poſſidendos, prout in alijs quibusdam noſtris Litteris, ſuper infeudatione praedicti caſtri *Hohenſolmes* et reddituum eorundem confectis, et eidem Domino noſtro archiepiſcopo Moguntino per nos traditis continetur. Acta ſunt haec praeſentibus *Craſtone* officiato, et *Joanne* Cellerario in *Amoeneburg* predictis, *Volperto* de *Hohenfels*, *Conrado* de *Elkerhuſen*, *Diethero de Wertorff*, *Henrico de Selheim* militibus, *Gerhardo de Biken*, *Crafftone* et *Ruſone* dicto *Schurenslos*, *Gerlaco de Michelnbach*, *Hermanno* et *Ditherico* de *Wertorff*, *Anshelmo* de *Gyrmize*, et *Conrado* dicto *Lemprich* armigeris. Datum apud Caſtrum *Hohenſolme* feria quinta poſt circumciſionem Domini proxima quae fuit nonas jannuarij, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto.

4. jan. quae fuit II. non. jan.

XLI.

ITEM LITTERA WERNHERI DE HARTHEYM QUOD IPSE CASTRUM HARTHEIM VULGARITER VORHOFF NUNCUPATUM TENET AB ECCLESIA MAGUNT: IN FEUDUM ETC.

Nos *Wernherus de Hartheim* et *Agnes* ejus Conthoralis legitima recognoſcimus in hijs ſcriptis et ad univerſorum noticiam cupimus pervenire quod nos unanimi conſenſu et matura deliberacione prehabita caſtrum quod in villa *Hartheim* habemus poſſidemus et tenemus cum muro turri foſſatis et edificijs eidem adjacentibus que vulgariter *vorhof* appellantur, quod Caſtrum proprietatis tytulo hucusque poſſedimus tenuimus et habuimus et ad nos pertinebat pure et libere dedimus et reſignavimus et in hijs ſcriptis damus et reſignamus Rdō in Chriſto Patri ac Dño noſtro Dño *Mathie* ſancte Magunt. ſedis Archi Epiſcopo ſacri Imperij per Germaniam Archi cancell. et Eccleſie ſue Magunt.: Idem quoque Dnūs noſter prefatum Caſtrum cum prefatis ſuis attinentijs nobis et heredibus noſtris contulit in feodum per nos et heredes noſtros ab ipſo ſucceſſoribus ſuis et ab Eccleſia ſua Maguntina tenendum poſſidendum et habendum tytulo ut premittitur feodali. Promittimus etiam noſtro et heredum noſtrorum nomine per fidem noſtram et per juramentum noſtrum quod perſonaliter deſuper

pre-

prestitimus quod predictum castrum debet esse apertum quod vulgariter *Offe bus* appellatur predicto Domino nostro Archi Episcopo successoribus suis et Ecclesie Maguntine in perpetuum in omnibus necessitatibus eorum et contra omnes homines cujuscunque status aut conditionis existant omni dolo et fraude exclusis. In cujus rei perhenne testimonium damus has litteras predicto Domino nostro Archi Episcopo et Ecclesie sue Maguntine sigillo mei *Wernheri* predicti quo ego *Agnes* Conthoralis ejus prefata una cum ipso utor et contentor nostrorum amborum nomine sigillatas. Actum et Datum in *Durnen* V^ta^ Idus Martij Anno Domini M°CCC° vicesimo quarto.

10. Martij.

XLII.

XXX. MILLIA FLORENORUM CAMERA APOST. SIBI RESERVAT AB ECCLESIA MOG. PERSOLVENDA.

Johannes Episcopus servus servorum Dei Venerabili Fratri *Mathie* Archi Episcopo Maguntin. salutem et Apostolicam benedictionem. Sincera tue fraternitatis devotio, quam ad nos et Romanam ecclesiam gerere nosceris, nos inducit, ut te favore benivolo prosequamur. Hinc est quod cum de summa triginta milium florenorum auri in quibus pro fructibus et redditibus mense Archiepisco-

palis ecclesie tue Maguntinensis tempore novissime vacationis ipsius per obitum bone memorie *Petri* Archiepiscopi Magunt. predecessoris tui obvenientibus, quorum dispositionem nobis certis ex causis dudum reservavimus, nobis et nostre camere tenebaris astrictus, tria milia florenorum auri, duxeris dudum eidem camere persolvenda, sicut in litteris confectis super hoc plenius continetur et viginti septem milia florenorum auri, quos in certis terminis preteritis, per nos tibi gratiose usque nunc prorogatis solvere sub certis obligationibus ac penis et sententijs debuisses, ad solvendum restare noscantur, Nos volentes tibi gratiam facere specialem, de summa predicta viginti septem milium florenorum restante sicut premittitur, de toto predicto debito ad solvendum septem milia florenorum auri tibi gratiose remittimus tenore presencium et donamus volentes ac etiam ordinantes quod residua viginti milia florenorum auri nobis et eidem camere in tribus terminis qui secuntur, solvere tenearis, scilicet, sex milia sexcentos sexaginta sex florenos et tertiam partem duorum florenorum auri in festo nativitatis Domini proximo futuro et totidem in alio ex tunc immediato subsequenti festo nativitatis ejusdem ac residuam tertiam partem dictorum viginti milium florenorum scilicet sex milia sexcentos sexaginta sex florenos et tertiam partem duorum florenorum auri in alio festo nativitatis Domini predictum secundum festum ipsius nativitatis immediate sequenti, sic ad infra duos annos ab eodem festo nativi-

tivitatis Dominice proximo venturo, continue et immdiate ſequentes, plena et integra ſolutio ſumme dictorum viginti milium florenorum auri per te nobis et eidem noſtre camere ſit impenſa. Et inſuper volumus et decernimus quod ſi deficeres in ſolutione hujuſmodi ſingulis predictis terminis de tertia parte dictorum viginti milium florenorum auri, ut eſt expreſſum ſuperius, nobis et eidem camere facienda, omnes et ſingulas penas et ſententias contentas et expreſſas in prioribus obligationibus, quas quoad hec volumus in ſui roboris efficacia permanere eo ipſo incurras, eedemque pene ac ſententie in quolibet terminorum ipſorum in quo, quod abſit, in ſolutione predicta deficeres, ſuum omnino conſequantur effectum. Datum *Avinione* Kal. julij. Pontificatus noſtri Anno nono.

1. julij.

XLIII.

INTER MATHIAM A. M. ET O. DUCEM BR. FACTA CONVENTIO SUPER ADVOCATIA VILLAE SCHEDEN.

Nos Dei gratia *Otto* Dux Brunſwicenſis recognoſcimus et ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod infra ſcriptam litteram a reverendo in Chriſto patre ac Domino noſtro, domino *Mathia* Archiepiſcopo Mogunt. recepimus in hec verba Nos *Mathias* Dei gratia, ſancte Magunt.

gunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus quod inter nos et illuſtrem principem Dominum *Ottonem* ducem Brunſwicenſem mediante noſtrorum conſilio amicorum conventum eſt taliter et condictum quod nec nos neque ſucceſſores noſtri nec noſtra eccleſia Mogunt. advocatiam ville *Scheden* cum ſuis pertinencijs ab ipſo domino *Ottone* duce predicto aut illuſtri *Magno*, fratre ſuo, quamdiu ambo vel alter ipſorum ſupervixerint redimemus vel redimere debemus ipſis vero ambobus defunctis dictam advocatiam cum ſuis pertinencijs et juribus pro mille et quingentis marcis argenti redimendi ex tunc liberum erit et eſſe debet nobis ſucceſſoribus noſtris et noſtre eccleſie Mogunt. heredum predicti domini *Ottonis* Ducis aut *Magni* fratris ſui ſeu quorumcunque aliorum Contradictione qualibet non obſtante. Dantes ſuper eo has literas noſtri ſigilli appenſione munitas Datum in loco dicto *zur Staube* apud *Ruſteberg* I lus Auguſti anno domini Milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto. promittentes pro nobis *magno* fratre noſtro, et pro noſtris heredibus univerſis, quod ea, que in predictis litteris conſcripta ſunt, per ipſos noſtros heredes volumus inviolabiliter obſervari fide noſtra corporali preſtita ſuper eo. et in premiſſorum teſtimonium et certitudinem ampliorem ſigillum noſtrum preſentibus litteris duximus apponendum. Datum loco die et anno ſupradictis.

13. Aug.

XLIV.

XLIV.

HENRICUS DE CYGENBERG RESIGNAT DECIMAM IN WERELDEHUSEN AD MANUS ARCHI EPISCOPI MOGUNTINI.

Judices ſancte Moguntine ſedis recognoſcimus per preſentes nos litteras infra ſcriptas non abolitas, non Cancellatas non vitiatas, omni quoque ſuſpicione vacuas vidiſſe et perlegiſſe tenoris et continentie in hec verba: Nos *Henricus de Cygenberg* nobilis filius quondam *Borchardi* de *Cygenberg* recognoſcimus per preſentes, quod quandocumque Dominus *Conradus de Schonenberg* decimam in *Wereldehuſen* ad manus Venerabilis Domini Archi-Epiſcopi Mogunt. reſignat, quam ab ipſo in feudo tenet, et cum idem Archi Epiſcopus Domino Prepoſito et Conventui in *Hyltwordeshuſen* jam dictam decimam contulerit proprietatis titulo poſſidendam, perpetuo nos de bona voluntate et conſenſu omnium heredum noſtrorum et ad petitionem Dñi Prepoſiti et Conventus predictorum manſos in Campis ville *Reden* ſitos, quos hactenus jure proprietario poſſedimus ad manus venerabilis Domini Archi Epiſcopi prenotati in recompenſam prefate decime preſentibus reſignamus et ab eodem in feudo recipimus, ut de collatione hujusmodi Eccleſia Mogunt. indemnis permaneat et illeſa. Ut autem hujusmodi factum a nullis heredibus noſtris violari poterit aut infringi, preſens ſcriptum

ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo nono in vigilia beati Apoſtoli . . In cujus viſionis ac perlecture noſtre teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto. Septimo Kal. Septembris.

26. Aug.

XLV.

LITERA CUJUSDAM PRONUNTIATIONIS FACTAE PER ARBITROS CONTRA DOMINUM DE SCHONENBERG PRO ECCLESIA MOGUNTINA.

In Nomine Domini Amen. Nos *Lupoldus* praepoſitus Northeimenſis *Gerbardus* Eccleſiae fritzlarienſis Decanus, et *Fridericus* de *Roſtorff* officiatus in *Ruſtenberg*, arbitri ſeu arbitratores, ex parte Reverendi Domini Archiepiſcopi Moguntini Electi, ſuper diſſenſionis materia, quae inter ipſum et nobilem virum *Conradum* de *Schonenberg* hactenus vertebatur, in fide et juramento noſtro pronunciamus et Sententialiter diffinimus, et potius jus non novimus, quod Dominus noſter Moguntinus et non Dominus de *Schonenberg* jus habet in Domino et poſſeſſione in omni parte nemoris *Reynerswaldt*, cui renuntiavit, olim *Conradus* pater ejus quondam Do-

Dominus de *Schonenberg*, et quam cives oppidi Geyſmarienſis ſeptima manu in reliquijs obtinuerunt, ad oppidum *Geyſmar*: ſecundum juris antiqui terminos pertinere, juxta continentiam litterarum Patris *Conradi*, nunc Domini de *Schonenberg*, quibus ſuum et nobilium virorum comitum bonae memoriae de *Waldecken* et *Ludolphi* de *Nyenouere* ſui conſangunei ſunt appenſa ſigilla.

Item alia pronunciatio ſuper Caſtro *Schonenberg*.

Item pronunciamus et ſententialiter diffinimus, in fide et juramento noſtro, nec jus melius cognovimus, quod Dominus noſter Moguntinus praedictus, et non Dominus de *Schonenberg* jus habet in Domino et poſſeſſione, in illa parte nemoris, et omnibus alijs ad inſulam pertinentibus quae quondam Dominus *Widekindus* piae memoriae, dictus de *Veſperre* in inſula reſidens dinoſcitur poſſediſſe, quibus pater *Conradus* nunc Domini de *Schonenberg*, quondam ſimiliter renuntiavit, ſecundum praedictarum ſuarum continentiam Litterarum.

Item alia pronuntiatio.

Item pronunciamus et ſententialiter diffinimus in fide et juramento noſtro nec jus melius cognovimus, quod in omni alia parte dicti nemoris *Reynerswaldt*, quae jure quod dicitur achtwortt, ſive holtzgemeine, vel holzmarcke, ad villas in diſtrictu, et advocatiam Domini noſtri Moguntini conſtitutas pertinet ab antiquo dictae villae gaudere debent eodem jure, quo progenitores

et praedeceſſores eorum, qui nunc in dictis villis reſident longis retro actis temporibus dictam nemoris partem rationabiliter poſſederunt.

Item ſuper venatione et piſcatione nemoris *Reynerswaldt* praedicti, contra continentiam Litterarum dictarum, ipſius Domini de *Schonenberg*, bonae memoriae nihil decrevimus pronunciando diffinire.

Item alia pronuntiatio.

Item pronunciamus et ſententialiter diffinimus in fide et juramento noſtro et jus melius non novimus. Quod ſi Dominus Moguntinus probaverit infregiſſe Dominum de *Schonenberg* aliquod eorum quae ſuus pater in litteris ſuis ſaepedictis ſe ſervaturum firmiter promiſit, et ſe obligavit ſub obtentu omnium feudalium quae habuit vel poſſedit ab Eccleſia Moguntina quod eum facere potuiſſe, pro ſe et ſuis haeredibus, et in praejudicium eorum arbitraliter diffinimus. talia feudalia vacant de jure Domino Moguntino et ad ipſum ſunt legitime revoluta. ac ipſum Dominum de *Schonenberg* poenam incidiſſe quam in ſe ſuus pater elegit.

Alia pronunciatio.

Item pronunciamus poſito, ſed non dato neque conceſſo, quod Dominus de *Schonenberg* in ea parte nemoris, de qua lis vertitur aliquam habuerit poſſeſſionem, nihilominus probato, quod illam ſibi uſurpaverit, et ab ea amoverit Eccleſiam vel Dominum Moguntinum per injuriam et violenter, non eſt reſtituendus illi poſſeſſioni, et ſi per vim amo-

amotus ab illa fuerit per Dominnm moguntinum quod tum non dicimus cum ad ipſum ſic reverſa fuerit res, tanquam ad ſuum Dominum.

Alia pronunciatio.

Item pronunciamus, quod ſi ſupradictae non eſſent Litterae, tum ſi Dominus Moguntinus aliquam in *Reynerswaldt* probaverit ſe proprietatem vel poſſeſſionem habere, quod merito ſuo jure promittetur et debet gaudere. Ego *Fridericus* de *Roſtorff* quia proprio ſigillo ad praeſens careo, contentus ſum ſigillis ipſorum praepoſiti et Decani. Datum *Amoeneburg* octavo Kalend. Septembris anno Domini milleſimo trecenteſimo.

25. Aug.

XLVI.

E. DE N. CUM ALIJS ARBITER CONSTITUITUR IN CAUSA FEUDALI CONTROVERSA INTER MATHIAM ARCHIEP. MOG. ET OTTONEM LADGRAVIUM HASSIAE.

In Gottes namen Amen. Wir Grefe *Emiche* von *Naſſaw* ein fünftman zu den veſten Rittern *Erwin lowen* von *ſteinfurt Cunrat Tuden*, uf ein ſit, und *wentzel von Cleen* Burgrafen zu *friedeberg* und *Bernhart* von *Gunſs* uf die ander ſit, ratlute und ſchidelute erckorn entzwiſchent dem erwirdigen herren herrn *Mathias* Ertzbiſchoff zu

Mentze

Mentze und lantgrefen *Otten* herren *Hessenlandes* umbe alle ansprache und sache die si zu einander zu fordern und zu sprechend hant, umbe die lehen und gut, die der vorgenante Ertzbischoff zu *Mentze* fordert und sprichet, daz si ime und siner stiffte von Lantgrefe *Johans* todes wegen ledig worden sint, und an in und sinen stiffte ledeclich erstorben, die der vorgenante lantgrefe *Otte* besitzet uud inne hat, sit sines bruders Lantgrefe *Johans* tod, sprechen und erteilent, uff unsern eit, mit disem briese, daz der vorgenante Lantgrefe *Otte* in den vorgenanten lehen und Gut sitzen sol und wil in der vorgenante Ertzbischoff darumbe ansprechen und betegedingen, so sol er dem vorgenanten Lantgrefen *Otten* fur sine man tage machen, als recht ist, und waz die erteilent daz sol er liden und stete halten unde tede er dez nicht so sol er dez eides und der Gyselscheffte geuallen sin, als der sune brief beseit. der daruber mit ir beider Ingesigel gegeben. und besigelt ist. Daz geschah und wart dirre brief gegeben zu E*yloben* bi *Ameneburg* am sante *Martins* abend. do man zalte von Gottes geburte druzehen hundert jar, darnach in deme vier unde zwenzigesten jare, vnd daz dise vorgeschrieben ding war sie und geschehen sint, alss sie vorgeschrieben stet. so hencken wir Greffe *Emiche von Nassow* der vorgenante zu einem urkunde aller dirre vorgeschriben dinge unser Ingesigel an disen gegenwertigen brieff.

10. Nov.

XLVII.

XLVII.

OTTO LANDGRAVIUS HASSIAE CITATUR IN CAUSA FEUDORUM QUAE TENET AB ECCLESIA MOGUNTINA.

Judices sancte Moguntinensis sedis recognoscimus tenore presencium litterarum nos vidisse ac de verbo ad verbum plenius perlegisse literas infrascriptas non cancellatas non abolitas nec abrasas sed omni suspicionis vicio Carentes sigillo vero sano et integro nobilis viri *Vlrici* domini de *Bickenbach* sigillatas ac signis notariorum publicorum consignatas tenoris et continencie in hec verba.

In Gotes namen Amen. Wir *Vlrich* Herrre von *Bickenbach* tunt kunt allen den die diesen Brif sehent lesen oder horent lesen daz der Erwerdege in Gote Vater herre herr *Mathias* Ertzebischoff zu *Mentze* und Ertzkentzler des heiligen Romischen Riches in Dutzelande zu *Olmen* uf deme gouwe bi *Mentze*, an der neisten mitwochen *) nach deme Jarstage do man zalte von Gotes geburte druzehenhundert jar, dar nach in den funf und zwentzîgisteme jare, uns mit urteiln siner und sines stifftes manne sacze zu einem richter in der sache die her hait und den Edeln herrn Lantgreuen *Otten* herrn zu *Hessen* umme die lehen die er sprichet von sines stifftes wegen, daz si an eu und an sinen stifft

zu

*) 2. jan.

zu *Mentze* ledeclich erstorben und geuallen sint von Lantgreuen *johannes* sines bruders todes wegen wi daz der Edeln herre Greue *George* von *Veldentze* der in der vorgenanten sache mit urteile der vorgenanten mannen ein richter von dem vorgenanten Ertzbischoffe zu *Mentze* redeliche und rechtliche, benennet unde gesaitzt was uffe die vorgenante mitwochen in der vorgenanten saichen zu gerichte nicht engueme nach deme als der sune brif und die sune di enzwischen dem vorgenanten Ertzbischoff zu *Mentze*, und dem vorgenanten Lantgreuen *Otten* und di urteil di der Edel herre Greue *Emiche* von *Nassowe* ein funfte man ein mudelichen von dem vorgenanten Ertzbischoff und Lantgreuen *Otten*, und herrn *Wenzelen* Von *Cleen* Burgrauen zu *Friedeberg* und herrn *Bernhart* von *Guns* Ritter Raidlude unde scheidelute von dem selben Lantgreuen *Otten* benennet und geckorn die den Vorgenanten Ertzbischoff umme dieselben lehen mit urteile wissen und gewist hant vor sine man also, daz di erteilte ubir di vorgenante lehen daz solte der vorgenante Lantgreue *Otte* liden und halten. und en tede er des nicht so solte er des eides, und der burgeschafft gebunden und vorhafft sin besagint und kuntliche bescheident, die vor uns und den mannen, offenlichen gelesen werden uf deme vorgenanten tage, und beckennen uffelichen an dissem briefe daz vor uns von den vorgenanten manen uf iren eit erteilt wart daz die vorgenanten mittewuche, nach deme jarstage deme vorgenan-

nanten Lantgreuen *Otten* dem vorgenanten ſaichen, zu eine dritten und leſten tage redeliche und rechtliche benennet unde gemachet were und daz man dem vorgenanten Landgreuen *Otten* in der ſelben ſache nach rechte vorbas rage, nicht geben noch machen ſolte, Wir beckenen Auch daz vor uns von den vorgenanten mannen offenliche uf iren eyt, erteilt wart daz der vorgenante Ertzbiſchoff alle die veſten sloiz und gut die er von der vorgenanten ſache wegen vordirt, dy den vorgenanten Lantgreuen *Otten* offelichen benennen mit allen dem daz zu den guten sloizen unde veſten horet, darnach wart gevreget, wie er benennen ſolte, daz in die vorgenante gut sloiz unde veſten horet, do man erteilt von den vorgenanten mannen uf iren eyt Benente der vorgenante Ertzebiſchoff bit namen gut sloitz und veſten mit deme daz dar zu gehoret, daz er vorbaz waz in die sloiz, gut und veſten horet nicht ſolte, noch bedurffte nemelichen benennen, und daz der ſelbe herr *Mathias* Ertzbiſchoff zu *Mentze* nach dir urteil uffenlichen mit ſie ſelbes munde vor ſich und ſinen ſtifft zu *Mentze* benante diſſe nachgeſchrieben und benanten gut sloitz, veſten mit allem dem daz darzu horet und alle die zehenden die in die ſelben Graueſchafft und landgerichte horent zu *Heſſen*, daz man nennet daz gerichte zu *Maden Gudenſperg* burg und ſtad die in die ſelben graueſchafft und landgerichte horent mit allem dem daz dar zu horet, und alle die zehenden die ie dieſelben Graueſchafft und lantgerichte

richte horent, die habe wer sie habe, oder sin verliewen oder unuerluwen dar nach benante er die zwo vogteye zu *Hasunge* und vogtie zu *Breytenewe* und waz in die vogtie horet, darnach die stat und Hoff *Velsberg* und waz dar zu horet darnach die burg und stat *Milsungen* und waz dar zu gehoret unde die burg unde stat *Wolfhagen* und waz dar zu gehoret die burg *schardenberg* und waz darzu horet die stat *Cyrenberg* und waz darzu horet, burg und stat *Immenhusen* und waz darzu horet burg und stat *Greuenstein* und waz darzu horet daz halbeteil des hofes *Cygenberg* unde waz dar zu horet daz Gerichte zu *Dytmelle* und waz dar zu horet hie nachbenante er die kirchensatzt zu *Vildungen* zu *wenigen Conete* und von *Bytzegenhagen* mit allem daz dar zu horet und alliz daz zu den vorgenanten guten sloiz und vesten horet Ez si hie vorbenant oder unbenant hie nach so beckennen wir daz vor uns von den vorgenanten mannen erteilt wart uf iren eit, daz wir den vorgenanten Lantgreuen *Otten* offelichen driftunt solten rofen heischen und vordern ob er selben oder yman von sinen wegen den vorsprechen und vorantwerten wolte dar zu gegen were, und daz wir den selben lantgreuen *Otten*, offenlichen und ubirlut als reht ist nach deme urteil driftunt rufchen heischeten und vorderen ob er oder yman von sinen wegen dan were der en vorsprechen wolte, und daz der vorgante lantgreue *Otte* nach der vorderungen heischenung und rufunge vor gerichte nit enquam noch yman von sinne wegen der in vorsprechen

und

und verantwerten wolde, Wir beckennen ouch daz vor uns von den vorgenanten mannen uf irn eit erteilt wart bit daz an der vorgenanten mitwoche die ſumme alle derer ſich hette geſencket daz iz kuntlichen wer uber mittag verre da man des vorgenannten Lantgreuen *Otten* noch ymans von ſinen wegen in der vorgenanten ſache dorch reht niht vorbaz warten ſolden und dem vorgenanten herrn *Mathias* Ertzbiſchoff zu *Mentze* und ſinem ſtiffte rihten bilche ſolte redeliche und rehte hienach ſo beckennen wie ouch uffelichen an diſem briefe bit daz uf den vorgenanten tag und mitwochen der redelichen und rehtlichen mit urteil in der vorgenanten ſache zu einen dritten und leſten tage deme vorgenanten Lantgreuen *Otten* benennet und gemacht iſt, und derſelbe Lantgreu *Otte* noch yman von ſinen wegen vor gerichte nit enqueme noch kommen iſt der die vorgenante gut slotz und veſten mit allem deme daz dar zu horet alſe ſie der vorgenanten herrn *Mathias* Ertzebiſchoff zu *Mentze* hait benennet von ſiner und ſines ſtifftes wegen als hie vorgeſchrieben ſteet verſpreche oder verſprechen wolde daz vor uns von den vorgenanten mannen uf wen uf dem vorgenanten herrn *Mathias* Ertzebiſchoffe zu *Mentze* ſinen nackumen und ſinem ſtiffte die vorgenante gut sloiz, und veſten mit allem dem daz dar zu horet alſe hie benennet ſint mit rechtem urteil ledich und loiſt erteilt wordent, und rehte und redeliche erteilt ſint daz dieſelben gut sloiz und veſten mit allem deme daz dar zu horet an en ſi-

nen nachckummen und finen ftifft ledich und loiſs geuallent fint, und daz wir deme vorgen anten Ertzebifchoff finem nachckummen und finem ftifft, die vorgenante gut slotz und veften mit allem dem daz darzu horet reichen und antwortten follent, und en finen nachckumen und finen ftifft darinfetzn als recht ift, und beckennen unſs an diefem brieue daz wir nach dem urteil dem vorgenanten herrn *Mathias* Ertzebifchoff zu *Mentze* finen nachckumen und finem ftifft die vorgenante und befchrieben sloz und veften mit allem daz dar zu hort rehte und redelichen und offenberlichen vor den vorgenanten mannen antwortten reichdem, und gereicht hant, und en finen nackumen und finen ftifft in diefelben gut sloz und veften mit allem dem daz darzu gehoret an dem vorgenannten tage fatzen, und gefetzet hant, als reht ift und von den mannen erteilt wart vorbaz fo beckennen wir daz vor uns von den vorgenanten mannen erteilt wart uf iren eit daz der vorgenante herr *Mathias* Ertzebifchoffe zu *Mentze* vor fich fine nackume und fine ftifft die vorgenante gut sloz und veften mit allen dem darzu daz horet die ein finen nackumen und finem ftifft mit rechtem urteiln erteilt fint als hie vorgefchrieben ftet, mit unferm brieue unferm botden und mit zwen oder mit einem fin und fines ftifftes man yme finen nackumen und finen ftifft an den vorgenanten Lantgreuen *Otten* vordern und heifchen fol. Hie nach fo wart ouch vor uns erteilt von den vorgenanten mannen uf iren eit daz der vorgenante Lantgreue *Otte*, nach

dem

dem daz der vorgenante Ertzebischoff mit unserm brieuen boten, und zwein oder mit einem siner und sines stifftes man als hie vorgeschrieben stet, die vorgenante gut sloz und vesten mit allem dem daz darzu horet vor sich sine nackumen und sinen stifft an den vorgenanten Lantgreuen *Otten* heische und geuordirt deme selben Ertzebischoue sinen nackumen und sinen stifft innewendig virzehen tagen den nesten so si geuordirt werdint, antworden sol, und ledich und unbeckumbert lazen. Wir beckennen ouch an dissen brieue daz vor uns von den vorgenanten mannen uf iren eit erteilt wart, were daz der vorgenante Landgreue *Otte* nach den vorgenanten virzehen tagen, die vorgenante gut sloz und vesten mit allem dem daz darzu gehoret, wanne si an yme gevordert werden, als hie vorgeschrieben stet dem vorgenanten Ertzebischoff sinen nackumen und sinem stifft nicht antwordtet und ledich und unbekummert lazet als ouch hi vorgeschriben stet, so sol der vorgenant Landgreue *Otte* dem vorgenanten Ertzebischoff sinen nackumen, und sinem stifft allen den schaden und verlost, den er sine nackumen sin stifft und ir frunde von ir wegen entfahint und werden entfahende umme daz daz si die vorgenante gut sloz und vesten mit dem daz darzu gehoret gewinnen noitzent und erckobern, gelten und schuldich sin uf zu rehtende. und were daz der vorgenante Ertzbischoff sine nackumen und sin stifft umme die vorgenante gut sloz und vesten und daz dar zu horet, wider den vorgenanten Lantgeuen

Otten oder ſine nackumen orleugen moiſten und ſi darumme angriefen da mit ſo hette der vorgenante Ertzebiſchoff ſine nackumen und ſin ſtifft wieder daz Ryche und den Lantfrieden niht getan hie nach ſo wart ouch von dem vorgenannten mannen vor uns erteilt uf iren eit were daz der vorgenante Lantgreue *Otte* ſich virburge und vorſezit oder alſo verre uzwendich Landes were daz in unſer bote mit unſern brieue und mit den zweyn oder einen manne nicht finden noch haben moichten und ime ir botſchafft vorckunden als hie vorgeſchrieben ſtet, ſo ſollent ſi unſer bote die oder der man mit unſern brieue zu huſs und zu houe den vorgenanten Lantgreuen *Otten* ſochen und ir Botſchafft vorckunden alſo hie vorgeſchrieben ſtet offenlichen und daz ſal macht und crafft haben, alſe ſi daz dem vorgenanten Lantgreuen *Otten* vorkundiget hetten, were ouch daz ſie von unfriede vientſchafft odir libes noit unſern brief und die vorgenante botſchafft dem Lautgrauen ſelben niht vorkundigen mochten ſo moigent ſy den brief an die porten da danne ſin wonnunge iſt ſtecken und hencken odir undir der porten inſetzen und hant da mitte er botſchafft rehte und redelicke vorkundiget Wir bekennen ouch daz vor uns von den vorgenanten mannen uf iren eit geurteilt wart, were daz der vorgenant Lantgreue *Otte* innewendich den vorgenanten vierzehen tagen der urteil nicht gehorſam were und die vorgenante gut sloz und veſten mit allem dem daz dar zu horet deme vorgenanten Ertzebiſchoff ſinen nackumen und ſinem

ſtiffte

ſtiffte nicht antwortide, und ledich und unbekummert lieze, als hie vorgeſchrieben ſtet, ſo mach der vorgenant Ertzebiſchoff ſine burgen manen und ſollent ime die leiſten und iſt der vorgenante Landgreue *Otte*, eides und burgeſchafft behaft und vorbunden als der ſune brief und die urteil die der Edel herre, Greue *Emicho* von *Naſſowe Wentzel von Clem.* und *Bernhard von Guns* ryttern die vorgenanten und in der vorgenanten ſachen haint erteilt bewiſent, und beſagent, di vor uns und vor den mannen offenberlichen geleſen und gezoygent worden hie nach wart ouch erteilt vor uns von den vorgenanten mannen uf iren eit, bit daz der vorgenante herr *Mathyas* Ertzebiſchoff zu *Mentze* in der vorgenanten ſache rechtes gehorſam geweſin iſt, und tage rehte und redeliche geleiſtet, und vollen wartet hait, daz die burgen die er dem vorgenanten Lantgreuen *Otten* geſetzet hait in der ſelben ſache ledig und unuerbunden ſint, und der burgeſchafft ledich ſollent ſin, hie nach wart auch erteilt vor uns von den vorgenanten mannen uf iren eit were daz der vorgenante Lantgreue *Otte* dẽn vorgenanten urteile niht wolte gehorſam ſin und wider den ſune brif und die urteil tun und niht halten wolte, daz der ſune brif und die urteil beſagint, ſo ſol der vorgenant her *Mathyas* Ertzebiſchoff zu *Mentze* ſines eides und aller der verbuntnuſſe alſe der ſune brief beſaget ledich und unvorbunden ſin, wir bekennen ouch an diſem briue daz von den vorgenanten mannen vor uns erteilt wart uf iren eit, ſit daz die geſwornen

ſchirmes gebunden als vor ane geuerde Der ſelbin dinge als ſie vorgeſchriben ſtent zu einem zugniſſe und urkunde habin wir gebin dieſen brieff gevestent mit unſerm Ingeſigel Der gegeben wart vor den Geiſſen an der mitwochen nach ſanct *Laurencien* tag do man zalte von *Criſts* geburd dritzenhundert jare in dem ſiben und zwentzigiſten jare.

12. Aug.

LXIII.

ITEM LITTERA ULRICI COMITIS DE WIRTENBERG QUOD IPSE JUS SUUM IN OPIDO LAUFF PARTEM SUAM IN MAGENHEYM ETC. VENDIDIT ECCLESIE MAG.

Wir *Ulrich* Graue zu *Wirtenberg* veriehen offenliche und dun kunt allen den die dieſen brieff anſehent leſent oder horent leſen daz wir mit wolbedachtem mute und mit gutem Rate unſer frunde habin verkauffet und zu keuffen gebin recht und redelichen unſerm gnedigen Erwirdigen herrn hern *Mathien* Ertzbiſchoff zu *Mentze* und Ertzcanceller des heilgen Romiſchen Richs In dutſchen landen ſinen nachkommen und ſine ſtifft allin unſern rechte die wir habin an der ſtadt zu *Lauffen* unſer teil zu *Magenheym* und zu *Bragenheym Gunglingen* die ſtadt und *Blankenheym* die veſten beide lute gute und rechte die dartzu gehorent

rent gesucht und ungesucht umb acht dusent phunt gutir heller furbass zu habin und zu nutzen und sullen den vorgenanten unserm gnedigen herren von *Mentze* sinen nachkommen oder sime stifte uss den selbin guten bewisen sebinhundert phunt heller geltes nach herrin gelte als do selbe gewonheyt ist Ist abir daz man da selbe icht ubirges findet daz sal uns und unssern erben Volgen wirt do bruche wir sullen sie des bruche ist worden bewisen an dem nehsten ungeuerlichen do wir iss habin dirre vorgeschriben dinge aller zu urkunde und zu getzugnisse habin wir geben unserm herren von *Mentze* dem vorgenanten diesen brieff besiegelt mit unserm Ingesiegel diss geschach und wart gebin dirren brieff vor den *Giezzen* do man zalte von *Crists* geburd Drutzenhundert jar und an dem sebin und zwentzigisten jare an der Mitwochen nach sant *Laurencien* tag.

12. Aug.

❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊

LXIV.

MATHIAS ARCHIEP. MOG. EMICHONIS WOLFF DE SPANHEIM FEODUM MELIORAT.

Mathias Dei gratia sancte Mag. sedis Archi Episcopus sacri Imperij per Germ. Archi C. recognoscimus profitentes, quod nos ob grata servicia per strenuum militem *Emichonem* dictum

Wolff

Wolff de ſpanheim nobis et Eccleſie noſtre Magunt. impenſa et in antea impendenda eidem ſexaginta libras hallenſium donavimus et donamus pro quibus ipſi pratum dictum die ſtrunkroijs ſitum ſub Caſtro noſtro *Beckelnbeym* quod alias ſibi pro triginta marcis denariorum Colon. in quibus ipſi ex cauſa mutui fuimus obligati aſſignavimus nunc etiam in ſupplementum et meliorationem feodi ſui Caſtrenſis in *Beckelnbeim* quod a nobis et Eccleſia noſtra Maguntina obtinet jam diu tenendum et utendum preſentibus aſſignamus, donec predicte ſexaginta libre hallenſium una cum prefatis triginta marcis denariorum Colen. militi predicto ſeu *Luchardi* Conthorali ſue, ſi eum premori contingeret, aut ſuis maſculini vel feminini ſexus heredibus per nos ſucceſſores noſtros et Eccleſiam noſtram Maguntinam vel per Burggravium noſtrum qui pro tempore fuerit in *Beckelnbeim* noſtro nomine plenarie fuerint expedite, quibus ſexaginta libris hallenſium et triginta marcis denariorum Colon. ut premittitur expeditis dictum pratum ad nos ſucceſſores noſtros et Eccleſiam noſtram Maguntinam predictam libere revertetur. Datum *Pingwie* III. Nonas Octobris Anno Domini Milleſimo CCC° viceſimo ſeptimo.

5. Oct.

LXV.

MATHIAS. A. MOG. CUM J. COMITE DE N. FOEDUS INIT.

Wir *Mathias* von gots gnaden etc. und Greue *johan von Naſſowe* tun kunt . . . . han und uber eyn kummen ſint unſer icklicher dem andern zu helfene wieder allermenlich . . . . beide leben als hie nachgeſchrieben ſtet. Von erſten ſullen wir der vorgenante Ertzbiſchoff zu *Mentz* dem vorgeſchriebenen Greuen *Johanne von Naſſowe* ob yn ſelber Crieg und not ane gut behalffen ſin des beſten des wir mugen und uns duncket, daz yn not ane rote und beſcheidelich ſy. Daz ſelbe ſullen wir Greue *johan von Naſſovie* unſerm vorgenanten herren von *Mentze* hie wider tun ob yn ſelben und ſinen ſtifft Crieg und not ane get. were ouch daz wir der vorgenante Ertzbiſchoff tegelichen Crieg hetten, ſo ſal uns der egenante Greue *johan* behulffen ſin, mit funff und zwentzig helmen Ritter und Knechte wol irzuget ane geuerde und ſal er uns die legen an die ſtat, dar ſie uns aller nutzet ſin und ſullen wir den geben brot wyn odir bir, als beſcheidelich iſt und darnach er lude hat. were ouch daz der ſelbe Greue *johan* ouch tegelichen Crieg hette, der yn ſelben ane ginge und unſer helfe bedorfte ſo ſullen wir yme hin wider behulfen ſin, mit funffzig helmen Ritter und Knechte wol erzuget

zuget ane geuerde uf unſer koſt und vorluſt. und willcher under uns zwen dirre helfe bedarff der ſal den andern darumme anſprechen vierzehen tage vore. were aber daz iz not geſchehe, daz unſer eyn des andern helfe gegelingen bedurffte ſo ſal yclich ſine macht tun ſo er beſte und alle ſchireſt mach. ane geuerde. und ſal unſer iclich dieſe helf tun ufe ſinen ſchaden koſt und vorluſt. und ſale man unſer yclichen geuangen brantſchatzunge und ſin ob man daz memet mit teilen nach marzal als unſer iclich lute hat. abir iſt geredet daz wir der vorgenanten Ertzbiſchoff villichte uzwendig landes weren wanne der ſelbe Greue *Johan* unſer helfe bedurffte ſo ſollent unſer vietzedum in me *Tinckowe* und unſer Amptman zu *Ameneburg* die helfe tune an unſer ſtat, und ſullent wir daz alſo beſtellen daz iz geſche und ſullent ouch alle andere unſer Amptlude dar an denſelben unſern vietzedum in me *Tinckowe* und unſern Amptmanne zu *Ameneburg* von unſer wegen gehorſam ſin ob ſie er darzu bedurfen wer ouch daz wir Greue *johan* villichte uzwendiglandes weren, wan unſer herre von *Mentze* unſes ſlieſes bedurffte ſo ſal uns oberſte Amptman den dienſt und helffe tun an unſer ſtat und ſullent wir ouch daz alſo beſtellen daz iz geſche als hie vor geſchrieben iſt. Ez iſt ouch geredet iz daz iz unſerm Keynen not tut der mag und ſal ſich uz des andern veſten behelfen des beſten, des er mag, An allen dieſen dingen als hie vor und nach geſchrieben ſtet ſo han wir der vorgenante Ertzbiſchoff die und die etc.

und

und wir der vorgenante Greue *johan* die und die etc. uzgenommen vorbaz me so ist geredet wer daz keyn Greue herre Ritter oder Edelman der unsers Ertzbischoffs oder unsers stiffts man oder burgman wer, mit demselben Greue *johanne* zu schaffene hette, und er von deme clagete der sullent wir vor uns eyschen und yn uf beiten siten tage machen und sy richten ob wir mugen in eynes mandes frist ane geuerde. ist daz der Greue herre Ritter oder Edelman recht wil tun und sich mit dem rechten wil lazen genugen, und der selbe Greue *johan* des nicht nemen wil so sint wir yme nicht vorbunden um die sache. welcher aber Greue herre Ritter oder Edelman der unser man oder burgman ist des nicht tun enwil und des rechten uzget so sullen wir dem selben Greuen *johanne* behulfen sin widder yn als uns vorbuntnisse und unser brieue stent daz selbe sullent wir Greue *johan* unserm vorgenanten herren wider tun von unsern mannen burgmanen sie sin Greuen herren Ritter oder Edelman were. aber daz keinerleige uflouff oder sache geschehe zwischen unsern Amptluden oder andern unsern mannen luten oder untertanen der wir uf y der siten bilche vorantwerten sullen dar zu ensullent uf ylicher siten nicht tun wen wir sullent uf iclicher siten drie unser frunt darzu schicken die daz rechten in des nesten mandest frist ane geuerde. Alle diese vorgeschrieben stucke und artickeln als sie beschrieben sint die geloben wir *Mathias* etc. mit guten truwen und wir Greue *johan* etc. geloben ouch mit guten druwen

druwen und han daruber zu den heilgen gesworn stede und veste zu haldene und nummer dar wider zu tunde die tage die wir lebin. Ane allerlei argelist und zu eynem urckunde. etc.

LXVI.

LITTERA QUALITER DOMINUS MATHIAS ARCHIEPISCOPUS MOGUNT. ET DOMINUS JOANNES COMES DE CYGENHAIN SUNT CONCORDATI SICUT IN LITERA SUBSCRIPTA CONTINETUR.

Wir *Mathias* von Gottes gnaden Ertzbischoue zue *Maintz* und des heyligen reichs in Teutschen landen Ertzcantzler und jch graue *Johan* von *Cygenhain* Erkennen offentlich und thun kunth allen den die diesen brieff ansehent, lesen oder hören lesen, das wir uff baide seitten umb alle ufflauffe kriege und bruche, die zwischen uns, unsern burgmannen und Leuthen ufgelauffen und geschehen seind, bis uff diesen heutigen tag, gesumet unnd gerichtet seind gantz und gahr, und darumb unser ietlich uff den andern verziehen hat, und verzeihen ahn diesem gegenwertigen brieff, furbass mehr, so erkennen wir *Mathias* Ertzbischoue zue *Maintz* das wir dem vorgenanten grauen *Johannen* von *Cygenhain*, zu unserm und unsers stiffts helffer und diener genommen, und gewonnen haben, und sollen und wollen ihn

verantwortten, wider allermeniglichen, als unſern burgman, man, helffere und diener und ſollen und wollen wir und unſer ſtifft ime beholffen ſein ewiglich, wo er recht hat, wieder aller meniglichen, ohne wieder das Römiſche Reich, alle Churfurſten, die chur ahn dem Reich haben, alle die biſchoffe die under uns ſeindt, die wir beſtettigen unnd weyhen, unnd ohne alle die, mit den wir uns verbunden haben, und verainet haben, bis uff dieſen heutigen tag, die wir mit nahmen ausnemen, noch dan ſollen wir ihn verantwortten, wieder die alle, wir, unſer burgman billich verantwortten ſollen zue ſeinem rechten, Und Ich Graue *johan* von *Cygenhain* erkennen auch offentlich, das ich meines vorgenanten herrn von *Maintz*, und ſeines ſtiffts Erb burgman bin, und ſein und ſeines ſtiffts helffer und diener worden bin ewiglichen wieder allermeniglichen, und mit nahmen wieder den Landgrauen von Heſſen, ohne wieder die Ehrwurdigen herrn den Ertzbiſchouen von *Cöln* und herrn *Ludwigen* biſchouen zue *Münſter*, den Abt von *Fulden*, Graff *Henrichen* von *Waldecken*, und Graue *henrichen* von *Henneberg*, die ich auch aus-nehmen, Ich erkennen auch das ich niemandt helffen ſol noch in wil, wieder meinen herrn vonn *Maintz*, und wieder ſeinen ſtifft, wieder recht. mehr iſt geredt das unſer ietlich dem andern beholffen ſol ſein, mit veſten, mit lande und mit Leuthen, des beſten das er mag, ohne allerley geuerde, mit guten trewen, und ſollen unſers jetlichen feſten dem andern offen ſein,

zu

zu allen feinen nöthen, wo er er es darff. Es ist auch mit nahmen geredet, das wir *Mathias* Ertzbischoue zu *Maintz*, dem vorgeschriebenen Grauen *johannem* und seinen dienern, war er in unser vesten, und in unserm und unsers stifft dienst ist, kost geben sollen, als andern unsern dienern und helffern und sollen ihme seinen schaden ablegen wo er kuntlichen in unserm dienst empfahet ahn gefangen, ahn rossen und ahn pferden, und sollen allen gefangen unser sein, die von ihme und seinen dienern gefangen werden, in unserm dienst, wo aber wir oder unser diener und helffer in seinen vesten seindt, do sollen wir uns oder unser diener selbst beköstigen. Wo aber derselbe Graff unser und unser diener hulf bedarff in seinem krieg, die hulff sollen wir jhme thun uff unsern schaden und kost, und sol man gefangen und brandschatzung theilen, nach man zahl, als wir uff baiden seitten leuth haben, furbass mehr so ist geredet, und seindt uber das uber einkommen, were das kein ufflauff nun furbass mehr zwischen unser baider frunden Burgman oder leuthen geschehe, so sollen wir uff baide Leuthen unser amptleuth darzu halten, mit guten trewen, das sie zu einander reden, ahn die statt do es bishero gewonlich ist gewesen, und den ufflauff richten, ohne geuerde, so sie aller bäldest mögen. Were aber das das nicht geschehe, so haben wir *Mathias* der vorgenant Ertzbischoue, den weysen man *Ludwigen* von *Belheim* unsern burger zue *Amoeneburg*, und ich graue *johan* von *Cygenhain*,

N 2 Wi-

Wiganden von *hochgemuthen* meinen burgern zue *Treyſe*, und wir baide grafen von *Hatzfeld* einen Ritter zu einem dritten man erkoren, die die uffläuff richten ſollen, in eines monats friſt, uf ihrem aydt, ohne geuerde, und wo das mehrertheil under ihn fält, das ſol macht haben und was die drey oder das mehrertheil under ihn ertheilet, das ſol man uffrichten, unnd wieder thun, darnach in eines Monatsfriſt geſchehe das nicht, ſo mag des Amptman uff des ſeitten, deme der ſchade geſchehen iſt, den andern pfenden one allerley zorn und mit den pfanden thun, als pfandts recht iſt, alſo lang bis das der ufflauff und ſchade gerichtet, und wieder dan wurdt, Eſs iſt auch geredet, das wir uns darumb von keinerley ſache wegen von einander ſcheiden ſollen, noch unſer verbindtnuſs und gelöbde ledig ſollen ſein, wan wir ſollen es je alſo beſtellen, das der ufflauff gerichtet werde, und welchers unſers ſeitten ſein rathman abgehet, der ſol einen andern kieſen, ahn des ſtatt in eines monats friſt, ohne geuerde. Geſchehe auch villeicht das ezliche unſers vorgenanten Ertzbiſchoffs burgman, diener oder man nicht gerechtes wolte gehorſamb ſein, vor den dreyen, von deme Grauen von *Cygenhain*, oder von den ſeinen ſo ſollen wir demſelben Grauen wieder den beholffen ſein, alſo lang biſs er ſich ahn rechte laſſe gnügen, vor den dreyen daſſelbe ſol ich Graff *Johan* von *Cygenhain* meinem herrn von *Maintz* und den ſeinen hin wieder thun und alle dieſe beſchriebene ding als ſie hie beſchrieben

ſeindt,

feindt, die haben wir der vorgenante Ertzbischove mit guten trewen und ich Graue *johann* von *Cygenhain* auch mit guten trewen und habe daruber meinem vorgeschriebenen herrn und seinem stifft zu den heiligen gesworen, gelobt, stett und vest zue halten und nummer darwider zue thun, mit worten oder mit wercken, ohne allerley argelist und ohne geuerde, und daruber zu einer urkunth und zue einer ewigen stettigkeit, so haben wir baide unsere Ingesigel gehencket ahn diesen gegenwertigen brieff, der geschrieben und gegeben ist, zue *Aschaffenburg* ahn dem ersten tag des Mertzen, das ware des nechsten dinstags nach *St. Mathias* tag, do man zalte von Gottes geburt, dryzehen hundert jahr, darnach in dem acht und zwentzigsten jahr.

1. Martij.

LXVII.

C. T. MATHIAE ARCHIEP. MOG. SUA SPONDET SERVITIA.

Ego *Conradus* dictus *Tobehane* armiger recognosco publice in hijs scriptis pro Reverendo in christo patre ac domino domino *Mathie* archiepiscopo Magunt. et sue ecclesie metquartus decenter in equis et armis expeditus contra quoscunque homines cujuscunque status aut conditionis exi-

ſtant, Venerabili domino meo domino *Wolfram* herbipol. Epiſcopo duntaxat excepto, ſervire volo fideliter temporibus vite mee et ad hec voluntarie per fidem meam juramento corporali deſuper preſtito me obligo per preſentes Datum ſub ſigillo meo proprio XIII. Kal. Maij anno Domini Milleſimo trecenteſimo viceſimo octavo.

19. Apr.

LXVIII.

DATUM PER COPIAM SUPER DEBITIS MEI JOHANNIS ADVOCATI EX PARTE REVERENDI IN CHRISTO PATRIS AC DOMINI MATHIE ARCHIEPISCOPI MOG.

Nos *Mathias* Dei gratia ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam archicancellarius. . Recognoſcimus quod ex parte noſtri per *Heilmannum Swab* cellerarium noſtrum in *Aſchaffenburg* et *Nicolaum* ſcriptorem coquine noſtre cum *johanne* advocato noſtro in *Selgenſtad* computacione habita in craſtino Aſcenſionis Domini in opido noſtro *Aſchaffenburg* ſub anno Domini MCCC. XXVIII. in qua computacione inventum eſt quod receptis et diſtributis conpenſatis et tam antiquis quam novis defalcatis, nos eidem *johanni* advocato noſtro in *Selgenſtadt* in ducentis ſexaxinta, una libr. undecim ſolidis et quatuor Hallenſ. rema-

manemus et remansimus obligati, ipse vero advocatus noster nobis viceversa in decem et octo maldris siliginis mensure in *Selgenstat* remanet obligatus. Datum sub nostro secreto, a tergo loco die et anno prenotatis.

Item post computacionem que fuit facta in crastino *ascensionis Domini* prenotato, hec sunt, distributa XIII. sol. Hallens. pro vino hunico ad implendum vas. Item XXI. solidos Hallens. servis qui mensuraverunt et exportaverunt avenam de Mogo. Item *Hertwico* dicto *Emer* et suis sociis, qui vina super currus ordinabant, et - - ligatoribus XVIII. solidos Hall. Item cum antedicta vina deducta fuerant vicedominus consumpsit. IIII. sol. hall. Item post festum *Petri* et *Pauli* sabbato Dominus meus Dominus *Mathias* Archiepiscopus expendit, duas libras Hallens. preter XVIII. hall. et IX. maldra avene. Item in crastino beati *Udalrici* idem Dominus meus erat iterum in *Selgenstat* et expendit IIII. lib. hall. X. maldra avene, Item distribui VI. libras hall. ad preparandum fenum, Item de horreis conductis in quibus fenum servabatur, XVI. sol. hall.

Item Dominus meus reverendus prenominatus emit, erga me Caballum Runcinum juvenem quatuor annorum pro centum et decem libris hall. pro quibus fidejussores alios mihi non constituit. nisi quod ipse Dominus meus quinquaginta marcas apud Dominum abbatem in *Selgenstat*, et quadraginta marcas den. apud dominos de capitulo

Rotgau, quas pro ſubſidio majore dare debuerant, mihi pro dicto dextrario ſeu Runcino et reſiduum pro aliis debitis aſſignavit, de quibus marcis mihi nichil eſt perſolutum, quia Dominus *Mathias* proventus fuit morte, antequam ſubſidium daretur.

Datum per Copiam ſuper debitis mei *johannis* advocati contractis ſeu factis per Reverendum dominum meum dominum *Baldwinum* Archiepiſcopum.

Feria ſecunda poſt *Galli* dominus *Baldewinus* Archiepiſcopus expendit in *Selgenſtadt* in prandio XXII. libras hall. XI. ſol. VI. hall. Datum ſub ſigillo *Dylmanni* Magiſtri Coquine prefati domini *Baldewini* Anno Domini MCCCXXVIII.

Item. ad jdem. feria III. ante feſtum beatorum *Symonis et jude* Dominus *Baldewinus* Archiepiſcopus expendit in *Selgenſtat* in pecunia quadraginta ſeptem libras X. ſol. hall. et VIII. hall. ultra VIIItö mald. panis proviſis de *Aſchaff.* et ult. IIII. amas de vino Domini Datum ſub ſigillo *Dyelmanni* de *Rodenbach*, Magiſtri coquine predicti Domini *Baldewini* archiepiſcopi anno Domini MCCCXXVIII.

Item preterea ad idem ſabbato poſt *Luce* Ewangeliſte, domini comes de *Naſſowe* de *Eppinſtein* de *Brunesboren* et alii amici domini *Baldewini* Archiepiſcopi expenduntur in *Selgenſtat*, tres lib. hall. et X. ſol. hall. quos *johannes* advocatus in *Selgenſtat* erogavit, Datum ſub ſigillo *Eberhardi* dicti *Brenner* militis anno MCCCXXVIII.

Item

Item Magister *johannes Faber* cum sex aliis servis et cum octo equis fuerunt in *Selgenstat* in die *Christi* et expenderunt XIIII. sol. hallenses.

LXIX.

JOANNIS DE SCHOENFELT EQUITIS AUSTRIACI CHRONICON ab anno MCCC. usque ad MCCCXLVI.

Anno Dom. MCCC. Rex *Albertus* solempnem curiam in *Nornberg* a) praeconizat, ad quam Rex *Daciae* miserabiliter satis venit, suum conquerens exulatum, et a Regno se dejectum deplorans, judicium et justitiam postulavit. Feruntur ibi fuisse Episcopi L. Duces, Comites, Liberae conditionis CCC. militum V. millia congregati, in ea curia Rex filios suos *) de suis principatibus investivit,

N 5 et

a) *Chron. Constant. apud Pistorium. Annal. Colmar. ad an. 1299. H. Stero ad eund. an. Rebdorffensis ad h. a.*

*) Parens numerosae prolis erat *Albertus*, genuit enim *Rudolphum* Bohemiae Regem, *Friedericum* corrivalem *Ludovici* Bavari, *Leopoldum*, *Agnetem Andreae* III. Hungariae Regis uxorem, *Catharinem Carolo* Calabriae Duci nuptam, *Albertum* II. prudentem dictum, *Elisabetham Friderici*

et adverſarios, quos occulte videbatur habere ſuper ſtatu regni, ſibi fecit favorabiles. Affuit ibi *Conradus* Archiepiſcopus Salzburgenſis, qui, abolitis omnibus praeteritis, Regis, et filiorum ſuorum gratiam acquiſivit. Soluta curia, Rex optimo fretus conſilio ad curiam Papae, pro ſua approbatione, egregios viros, *Joannem* Tullenſem Epiſcopum, et ſpectabilem Comitem de *Oettingen*, inſtructos de omnibus, deſtinavit. *)

Hoc tempore Rex *Albertus*, et Rex Francie, in civitate *Tullenſi* colloquium habuerunt, et tractatibus pluribus habitis de cauſa Flandrenſium; et inter alia de nuptiis liberorum ſuorum pactum, roborantur, cui colloquio Trevirenſis *Boemundus* Moguntinus *Gerardus*, Colonienſis *Wickboldus*, Archiepiſcopi, cum praelatis Alamanniae, viris magnatibus et nobilibus innumeris affuerunt. b) Praeſentavit etiam Rex *Albertus* Regi Francorum CC. canum eximium munus ad venatum cum inſtructoribus, ille dextrarios, et alia dona obtulit praetioſa.

ci IV. Lotharingiae Ducis conthoralem, *Annam Hermanno* Marchioni Brandenburgico deſponſatam, *Guttam Ludovici* III. Comitis Oettingenſis uxorem, *Ottonem* quem audacem dixere et plures alios filios et filias in flore juventutis extinctos. confer. *Germ. Chronic. libr. XXII. ad an. 1299.*

*) *Vid. Trithem. Chron. Hirſaug. ad an. 1299. Geſta Balduini lib. 1. cap. 1.*

b) *Vid. Leibnitij Cod. 1. G. Diplom. p. 1. p. 39. ſq. du Mont Corps Diplom. Tom. 1. p. 1. pag. 324.*

tiosa. Post haec misit Rex ad Regem Franciae pro filia sua *Blanka Rudolfo* filio suo primogenito in uxorem, quae in Austriam gloriose traducta brevi tempore supervixit, et sine prole decedens, in *Wienna* apud fratres minores cernitur tumulata.

Moguntinus Praesul propter multos labores et expensas propter Regem habitos, quingentarum marcarum argenti summam petiit restaurari. Rege non habente, quod tam prementi redderet, Pontifex indignatur, cornu gerens venaticum, et capsellam quam in latere ferebat, percutiens: multos in ea Reges asseruit contineri, et Trevirensem et Coloniensem Episcopos, et *Rudolfum* Palatinum circumagitat, ut secum conspirationem faciant contra Regem. c) Anno Dom. M.CCC.I. Rex *Albertus*, Principibus contra se armatis cogitans obviare, comitibus *Ripuariae* scilicet *Gelriae*, *Juliaci*, *et de Monte*, ut Coloniensem praesulem impediant, studuit praevenire, qui ad hoc omnem operam adhibebant. Mandat etiam officialibus suis per Sueviam, ut sororis suae filium invadere non obmittant, qui quaedam ejus castra bellice sunt aggressi. Eodem anno Rex *Albertus Wissenburg* in Alsatia obsedit, et habito intento suo, *Alzeyam* occupavit, qua per pacta tradita, *Adolffheim* civitatem aggreditur expugnare, quod dum celeriter perficere non valeret, vineas et segetes per circuitum dissipat; *Renum* transiens juxta *Spiram*,

c) *Rebdorffensis ad an. 1300. Aventinus lib. VII. c. XIII. n. 8.*

ram, et comportatis victualibus, civitatem quae *Pinga* dicitur circumgiratione vallavit d) vastatis omnibus per circuitum, et praecipue monasterium sanctimonialium, quod *mons sancti Ruperti* dicitur, super *Nabim* fluvium in vicinia civitatis. Cives coarctati Regis gratiae se dederunt. Praesul moguntinus iram Regis contra se bullientem sentiens tria castra obtulit, et Regem ne amplius offenderet se astringens, quae nobili viro de *Brunecke* sunt commissa, tali interpositione, ut nunquam redderentur si manum levaret de reliquo contra Regem; Audiens hoc Palatinus propere venit, et gratiae se subjiciens, Regis indulgentiam acquisivit. e)

In *Hollandiam* Rex restaurat militem f) quae terra imperio vacare coepit, sed propter terrae illius palustria loca, in quibus periculum incidere metuebat, petentibus civibus coloniensibus, qui cum suo praesule disceptabant, permansit cum exercitu inter *Coloniam* et *Bonnam*, tentoria fixit, qui locus usque hodie *Palzus Regis Alberti*, ab Incolis est vocatus, et ibi persistens, terram Episcopi per omnes districtus provinciae demolitur; dein *Coloniam* ingreditur magnis muneribus et laudibus est susceptus. Audivit eo tempore Rex, quod *Rudolfus* Palatinus matrem suam captivasset, ejusque vice-dominum, qui rexit provinciam decollasset,

d) *Annal. Colmar. ad ann. 1301.*

e) *Chron. Australe ad an. 1302.*

f) *Annal. Colmar. ad an. 1302.*

lasset, et ascendit Rex in *Nordlingam* civitatem Rhetiae, et sororem suam a vinculis absolutam, cum filio concordavit.

Moritur hoc tempore *) *Bohemundus* praesul Trevirensis, et constituitur *Dietherus*, frater *Adolfi* Regis, g) agentibus autem amicis conveniunt Rex, et praesul, et sic plena fit reconciliatio inter eos, reliquosque *Adolfo* per carnem et consanguinitatem attinentes. Rex autem praesuli per osculum amicitiae feoda exhibuit, ejulante praesule, et a Rege ubertim lacrymae distillarunt, omnesque praesentes flentes super hoc, omnipotentem Deum laudaverunt. Anno Dom. M.CCC.II. Rex misit virum religiosum Abbatem de *Salem* h) Cisterciensis ordinis, et nobilem virum de *Schellenberg* cum can-

*) Obijt an. MCCXCIX. nono Decembris feria quinta quae festum sancti *Nicolai* consecuta fuit *Treviris* in palatio. *Browerus Annal. Trev. lib. XVI. p. 179. Trithem. Chron. Sponheim* diem obitus ponit IV. Idus Novembris.

g) *Trithem. l. c. Dietherus de Nassau* frater *Adolphi* Regis, non electus neque postulatus, in odium Regis *Alberti a Bonifacio* Papa VIII. fuit substitutus, ordinatus et ad *Trevirim* pro Archiepiscopo missus, praefuitque annis ferme octo. Erat autem ex ordine fratrum Praedicatorum et omnibus diebus Pontificatus sui *Alberto* Regi Romanorum adversabatur, sed viribus longe inferior, nihil adversus eum potuit.

h) *Salmansweiler* in Suevia haud procul ab *Ueberlingen* et lacu Bodamico.

cancellario ſuo ad ſummum Pontificem, gratiam approbationis, et confirmationis ſibi poſtulans beneficium exhiberi, ſed dura reſpondente Pontifici, infecto negotio, ſicut priores nuncii cum triſtitia ſunt reverſi. i)

Hoc in tempore filiam ſuam *Annam* Rex *Hermanno* Marchioni Brandeburgenſi, qui dictus eſt cum pilo ſociavit, quo defuncto ſine liberis, duci *Vratislaviae* in Poloniam copulatur.

Hoc in tempore Papa contrarios ſibi habens Regem Francorum propter Columnenſium afflictionem, Regem quoque Romanorum, propter gratiae denegationem, corde retractans, quid ſibi et Eccleſiae poſſet utile eſſe, mandat *Alberto*, ut ad eum ſolennes nuntios dirigere non obmittat, qui Comitem de *Catzenelnbogen Eberhardum* transmiſit, a quo Papa petijt, ut Rex quempiam ſuorum ſuo ſanguini matrimonialiter copularet, ſi vellet omnia, quae poſtulaverat ad placitum adipiſci. Rex vero laetus effectus, aſſenſum tribuit, ſtatimque Papa electionem approbavit, et de poteſtatis plenitudine ſuper caſu homicidii, et crimine laeſae majeſtatis, de morte ſcilicet *Adolfi*, miſeri-

i) *Chronic. Colmar. p. 62.* Venerunt nuncij Regis Romanorum infra octavam *joannis Baptiſtae Columbariam* dicentes, quod Papa in Conſiſtorio coram millibus hominum dixiſſet, quod Rex Romanorum eſſet verus et in gratia ſua: et quando veniret, ſicut Rex teneretur, vellet eum conſecrare in Caeſarem.

ſericorditer relaxavit, in reliquum glorians de ejus amicitia, ſuſcitavi, inquit, mihi leonem ab oriente, cujus fremitu, vocisque rugitu Eccleſia vindicatur, vocavitque eum ad Coronam Imperii, cujus Legationis bajulus fuit *Heinricus* Abbas *Uterinae vallis* k) poſtea Abbas *Villarienſis* ordinis ciſter. dein Imperatoris *Heinrici* Cancellarius, et Epiſcopus Tridentinus.

Anno Dom. M.CCC.V. Nobiles Bohemiae vota ſua ſcindunt, quorum quidam *Heinricum* Ducem Karinthiae, generum quondam ſui Regis *Wenceslai* accerſunt, quidam *Rudolfum* Rom. Regis filium elegerunt, ita, ut relictam Regis duceret in uxorem, et per hoc in regni potentia ſe firmaret. *Heinricus* autemDux, ſuſcepta legatione exKarinthia electam congregat militum multitudinem, habens ſecum *Stephanum* ducem Bavariae Conſanquineum, ut regnum ſuſciperet. Rex vero *Albertus*, aliis poſtergatis negotiis, congeſto militari ſplendido comitatu in Bohemiam veniens, electioni et vocationi filii ſui ſapienter ſe ingeſſit, e) Nuptiae igitur inter filium ſuum et viduam Reginam multo faſtu celebrantur. *Albertus* autem firmato filio et inſtructo de cura regni in Alamanniam eſt reverſus, et aeſtuans ad Coronam, miſit *joannem* Eyſtettenſem praeſulem, et *Philippum* Abbatem Pariſenſem

k) *Uterſthal*, *Euſſerſthal*. vid. *Subſid. Diplom. Tom. X. p.305.*

e) Confer. *Chronicon Pulkavae* apud *Dobner Monum. Hiſtor. Bohem. Tom. I. p.263.*

ſem ad Papam, ſuam offerens ad ejus volita voluntatem, quibus Papa annuit tam gratanter, quod *Joannem* tranſtulit ad Argentinenſem Eccleſiam, et *Philippo* contulit Eyſtettenſem.

His temporibus Dux Auſtriae *Albertus* expulit de terris et confinibus ſuis probum virum ac ſolempnem miniſterialem Dominum de *Summerowe*, confractis caſtris, et deſtructis munitionibus ſuis, qui tranſtulit ſe ad Regem Rom. et verbis ac Conſiliis ſuis multa mala procuravit duci praefato. Hoc anno Abbas *Admontenſis*, Stiriae ſaevus exactor, a quodam ſuo cognato in lecto ſuo gladiis et cultellis confoſſus, demum Capite truncatus, turpiter vitam finivit. Anno Dom. M.CCC.VI. Rex *Albertus* conditiones quas pater ſuus *Rudolfus* Rex et *Adolfus*, a Misnenſibus receperant, audiens variatas, et ex parte maxima laceratas, ut malivolos caſtigaret, et ad ſtatum Imperialis honoris omnia reformaret, Terram cum copiis introivit: m) Nam fratres duo, ſcilicet *Dietmarus* et *Friedericus* filii *Dietherici* Marchionis ſenioris, filiaſtri *Friderici* II. quondam Imperatoris, Terras ſorte dividentes Marchionatum Miſnenſium *Fridericus* Landgraviatum Turingiae *Dietmarus* ſortitur, qui placide vivens, uxorem habuit filiam ducis Brunſwicenſis. *Fridericus* autem inſoleſcens, *Meynhardi*, Ducis Karinthiae filiam habuit, et contra ſe nobiles provocavit. Rex exactis ſine ſanguinis effuſione omnibus, propter

m) Vid. *Hiſtor. Landgr. Thuring. c. LXXXI. ſq.*

ter quae venerat, cuidam nobili et potenti dapifero de *Rotenburg* terrae procurationem Commendavit. Dapifer autem Rege egresso, immemor pactorum et datae fidei, Marchionem in statum pristinum relevavit. Haec audiens Rex, Terram iterum aggressus incendiis et spoliis demolitur, occurrit Marchio, et partibus in bellum agitatis fit congressio satis dura. Inter famasos ibi Burggravius de *Nurnberg*, cum multis aliis captus est; Marchio etiam, Fratre in civitate Lypziensi in fratrum minorum monasterio vulnerato, et non longe post defuncto, Thuringiam est adeptus.

Hoc in tempore Rege ad propria reverso, *Heinricus* Abbas *Villariensis* venit in Austriam nuntius directus, petens, *Elisabeth* filiam Regis, *Theobaldi* Lotharingiae filio in uxorem, cujus legatio utrobique dignis honoribus dispensata, solemnibus nuptiis ad effectum est perducta, genuit filium *Rudolfum* nomine, qui hodie feliciter dominatur, et filiam, quae *Johannis* Bohemorum Regis filio ex secunda uxore sociatur, et utrobique Francorum Regum sanguini intimatur.

Anno Dom. M.CCC.VII. *Rudolfus* Rex Bohemiae Anno II. Regni sui morbo dissenteriae sicut fertur, gravatus, in die beati *Udalrici* in *Praga* ultimum diem clausit, n) relinquens conjugem impraegnatam. *Henricus* itaque dux Karinthiae ite-

n) Vid. *Dobner paulo supra cit. pag. 263.*

iterum advocatus, civitates ei reserantur, et ubique suscipitur cum honore. Rex *Albertus* nurum gravidam in Austriam vocat, statuens praestolandum, quae dum filium peperisset, Haeredem regno asserens, militem instruit, Bohemiam intrat, et omnia usque ad fodinas Kuttianarum, sicut prius, ad ultimum demolitur, in quo oppido vir strenuus *Conradus* de *Auwensteyn* praesidium tenuit, eoque agente, cives fossatis et muris oppidum in brevi fortissime munierunt, et Regi fideliter restituerunt, et dum nocivae hyemis instaret violentia, et Rex cum suis nimia victualium urgeretur inopia oportunius tempus expectare volens, ad *urbem Noricorum*, relinquens Bohemiam properavit.

Interea idem Rex *Albertus* mandat, ut Karinthia et Carniola invadantur, *Vlricus* vero de *Walse*, capitaneus styriae, ad Regis jussum, et *Friderici* ducis Austriae, qui major natus fuerat, *Conrado* praesule Salzburgense in persona propria cooperante, Terras in brevi tempore subjecerunt, quia potentiores Terrae cum *Heinrico* Rege in Bohemia versabuntur. Carniolam *Heinricus* Comes *Goritziae* assistentibus sibi comitibus de *Ortenburg*, et slavicae gentis potentibus, suis affinibus subjugavit. Praesul Salzburgensis castrum, quod *Rabynstein* dicitur, quod quidam *Conradus* de *Schrantbaum* ex parte ducis, in custodiam servabat, recepto traditionis praetio, cum praesule occultum inivit commercium, castrumque tradidit, quod

sine

fine mora usque ad solum diruitur, et sic hodie cernitur penitus dissipatum, moxque ad quendam monticulum lapidibus ejusdem Castri devectis, munitio, quae *Altenboven* dicitur, inchoatur, et muris ac turribus circumcincta usque hodie in praesulis ditione reputatur; Audivimus autem ab aliis, qui viderunt, quod idem *Conradus* dignam accepit mercedis retributionem; nam miser postea vixit turpiter et crepuit medius. *Ulricus* de *Walse*, statutis in Karinthia officialibus et praefectis, et civium sacramentis receptis, in styriam reversus est; o) Comes vero *Goritziae* et Comes de *Ortenburg*, ea quae acquisierunt in Carniola autoritate ducis Austriae, et propria, in Castellis et munitionibus ad placitum disponebant, eaque pro suis stipendiis multo tempore retinebant, et sic Karinthia, et Carniola, duci Austriae subiguntur.

Anno Dom. M.CCC.VIII. Rex *Albertus* contra Mysnam et Bohemiam bellum gerens acerbatum, militem allicit, Regni civitates circuit, propositum aperit, et sic lustrando in civitatem, quae *Wintertur* introivit, *Ludovicum* ducem Bavariae, sororis filium, et *Johannem* ducem, fratris filium secum habens, cum pluribus Episcopis et nobilibus. Rex itaque ulterius transiturus pervenit ad aquam quae *Ruscba* dicitur, et primus nave cum *Johanne* duce, et quibusdam aliis apprehendit, caeteris in alio littore navis reditum exspectantibus. Praedicti autem filii sathanae ducem juve-

 nem

o) Confer *Hundij Metrop. salisburg. Tom. I. p. 20.*

nem clandeſtino ſuſurro alloquuntur: Ecce dies quam ſaepius optaſti, qui animatus in frenum Regis irruit, et eductum pugionem cruzalem pectori Regis infixit, lethalique vulnere ſauciavit. Subminiſtrantibus et viris impiis praemiſſis. *)

Fuit his diebus, poſtquam Rex *Albertus* occubuerat, vir in Regno famoſus *Heinricus* Lutzelburgenſis. Igitur in pomaerio *Renſe* p) ſuper litus *Rheni*, ſecundum conſuetudinem praehabito tractatu et colloquio omnium Principum, dein in *Frankenfurt* in feſto beati *Galli* in *Henricum* illum Comitem favor et conſenſus omnium devolvitur, ſtatimque Rex Romanorum cum laudibus decantatur. q)

Anno Dom. M.CCC.IX. In Epiphania Domini *Henricus* Rex cum *Margareta* Conſorte, quae filia ducis Brabantiae fuerat, juxta ritum hactenus conſervatum in ſede *Karoli* cum celebritate et gaudio coronatur, r) venit et *coloniam*, ibique maximam curiam

*) De hoc Regicidio vid. *Albertus Argentin. p. 113. ſq. Geſta Balduini lib. I. c. IV. Ptolomaei Lucenſis vita Clementis V. ad an. 1380. H. Stero ad an. 1307.*

p) *Geſta Balduini lib. II. c. I.*

q) In Electionis decreto quod exhibet *Baluzius in vitis Paparum Avenionenſium Collect. Act. vet. pag. 266.*

r) Idem decretum Electionis et *Albertus Argentin. pag. 115.*

curiam celebravit, dein venit in ſpirenſium civitatem s) poſtquam facta regia in *Nurnberg* expedivit. Venerunt autem ad eum nobiles, qui recognitionem nondum fecerant ſuorum Jurium, Regiis ſe aſpectibus praeſentantes, et gratiam poſtulantes. *Fridericus* autem Dux Auſtriae cum CCCC. militibus valde glorioſe et pompoſe venerat, patris mortem querulans juſtitiam nomine ſuo et fratrum ſuorum poſtulans, inveſtituras terrarum requirens, quibus addi Moraviam, ſi convenienter fieri poſſet, flagitavit, dumque in his moram traheret, quidam Auſtrialium cervices contra eum erexerunt; Nunciata ſunt haec *Vlrico de Walſe* capitaneo ſtyriae, qui veniens, irruit ſuper eos, et caeſis captisque pluribus, patriam liberavit. Eodem tempore nobiles Bohemorum de *Lyppa*, de *Wartenberg*, et de *Leuchtenberg* cum quibusdam Abbatibus religioſis ad Regem veniunt Romanorum, et *Heinricum* ducem Karinthiae ſuum Regem de facto non de Jure exiſtere proteſtantur, poſtulantes ut *Joannem* filium, filiae Regis ſui *Eliſabethae* copularet et Regem Bohemiae declararet. Rex dimiſſiis nuntiis, miſit comites de *Schelkyngen*, de *Henneberg*, de *Hohenloch* ad Regnum, de ſingulis inquirere veritatem, qui venientes per *Conradum* de *Auwenſtein* ac caeteros *Heinrici* officiales capiuntur, ſed poſt quinque dies factis ſponſionibus dimittuntur. Poſt haec puella in *ſpiram* ducitur, ibique inter eam, et Regis filium nuptiae cum gloria celebrantur, *Johannesque* Bohemiae Rex publice proclamatur.

 Hoc

s) *Albertus modo cit. p. 16.*

Hoc in tempore *Fridericus* dux Auſtriae prioris offenſae aculeum contorquens in *Ottonem* ducem Bavariae, *Scherdingen* obſidet, quod olim pater ſuus reconnectere ſuo dominio attemptavit. *Otto* obſidionem ſolvere volens, forti manu ejus properat in occurſum, et metatis adverſum ſe tentoriis, cotidie praelium machinatur, ſed *Fridericus* validiſſime infirmatus in auſtriam eſt perlatus; mittitque ad *Heinricum* avunculum ſuum in Bohemiam indicans ſe ſuam amicitiam cum fratribus velle confirmare, et ablatas terras velle reſtituere per convenientia dictamina placitorum, quibus quia *Heinricus* in Bohemia anguſtatus non valuit intereſſe, *Otto* dux frater ejus venit de partibus *Athaeſis* in *Villatum* ubi de ſumma, quam ſuper Carniolam duces Karinthiae habuerant, Regina matre ducum Auſtriae, et ſorore ducum Karinthiae agente, tantum extitit defalcatum, ut tantum pro ſex millibus marcarum eſſet a ducibus eximenda. His et aliis tractatibus habitis, atque aeterna firmata amicitia inter eos, Karinthia atque Carniola ad priſtinos redeunt poſſeſſores, officialibus Auſtralibus ad ſua redeuntibus.

Anno ſupradicto, Rex filium ſuum cum copiis direxit, et cum eo *Petrum* Epiſcopum Moguntinum et *Rudolfum* Palatinum, quo comperto, *Heinricus* Marchionem Mysnenſem ſororis ſuae filium advocat, qui cum ſexcentis armatis veniens non modicum adverſarios terrebat, verum a patre revocatus non longe poſt rediit: Praeſul autem Mo-

Moguntinus Treugas ſtatuit, in quibus Pragenſes *Johanni* portas aperiunt, et ſuſcipiunt novum Regem. Conſors autem *Heinrici* ad pedes Moguntini procedit ſecurum exitum a Regno poſcens, quam duplex moeror anxiavit; primus, quia a ſorore, quae jam Regina habebatur, evectionis ſubſidium neque in curribus neque in equis habere potuit; ſecundus, quia dux *Rudolfus* Palatinus mariti ſui conſanquineus ſuam quoque comitantiam denegavit. Verumtamen comes de *Oettingen* et *Fridericus* Burggravius huic dolori ſtrenue ſubvenerunt, et accepta domina, ſimul *Heinricum* cum omnibus ſibi adhaerentibus extra Regnum perduxerunt, et ſic *Heinricus* cum conſorte a Regno profugatus ad montana rediit, et ducatum Karinthiae atque Comitatum Tyrolenſem cum Carniola ſibi oppignorata, poſſidens, nihilominus Regni Bohemiae titulum usque in diem ſui obitus non dimiſit.

Anno Dom. M.CCC.X. Rex venit *ſpiram* et accerſitis Regni nobilibus curiam celebravit. Hoc anno *Foldemarus* Brandeburgenſis, mortuis fratruelibus et patruis, diviſum in multas partes Principatum ſolus obtinuit, et curiam celebrem in civitate maritima, quae *Roſtock* dicitur, indixit, ubi ſe habiturum nuptias cum filia patrui ſui mandans.

Anno Dom. M.CCC.XI. Rex in Italiam parat iter, et tranſiens ad *montem Jovis* pervenit *Mediolanum*, ubi glorioſe ſuſceptus in Eccleſia *S. Ambroſii*, cum Regina, corona Regni ferrea coronatur.

tur. Veniensque *Januam* consors ejus infirmatur, et praevalente morbo moritur in eadem urbe.

Anno Dom. M.CCC.XII. Rex postquam *Romam* venit, Imperiali corona coronatus est in die *Epiphania Domini.*

Anno Dom. M.CCC.XIII. Imperator tempore messis Augusti pervenit in Territorium Senense ad vicum qui *Bonconventus* dicitur, ubi dum devotioni vacaret infra missae sacrificia corpus Domini sumpsit, et mox vis quaedam tremulae infirmitatis pectus ejus concussit, et dum medici venenum eum hausisse judicabant, et elevatione corporis pellere niterentur, respuit, dicens: gloriosius nec posse nec velle mori, quam dum authorem vitae sibi praesentem haberet, sicque in oratione spiritum suum in manus domini commendavit.*)

Morte Imperatoris undique promulgata, *Fridericus* dux Austriae, nobiles Terrarum suarum, scilicet comites de *Henneberg*, de *Phanneberg*, duos comites de *Hals*, *Ulricum* de *Walse* cum eximio Exercitus et cum nobilibus inferioris Bavariae, ad superiores partes dirigit, ut terras suas, et suorum fratrum inviserent, ne novo, ut solet fieri disturbio quaterentur; misit et pecuniam copiosam, ut per donativa magnifica amicos et milites allicerent, et principaliores in Electionis favorem per-

*) Conf. *Albertus Argentin. p. 118. Rebdorfius et Chron. S. Vitonis Virdunensis ad an. 1313. Anonymus Leodiensis Chron. lib. IV. c. VIII.*

permoverent. Venientes autem in locum, qui *Gamersfelt* dicitur, haud longe a civitate *Landshut*, *Ludwicus* dux Bavariae armatus occurrit, et eorum transitum Impedivit. Fuit enim antiqui rancoris adhuc aliqua scintilla in ejus pectore, qua Bavari et Australes raro ad puram amicitiam poterant pervenire; aegre quoque tulit, quod Inferioris Bavariae Nobiles in hac fuerant comitiva, et quod eo inconsulto ingredi praesumpserant terram suam. Dum autem ex utraque parte verba dissentionis magis quam pacis confererentur, ordinatis et distinctis alis alacriter commiscentur, dux autem audax, bellum sitiens superior adversariis est effectus.

Eodem anno idem *Fridericus* caepit fundare monasterium Carthusiense, quod *Maurbach* dicitur, alio nomine, *Vallis omnium Sanctorum* prope *Wiennam*, et quia ipse conthoralem non habuit, Abbatem *S. Lamperti*, cum nobili viro *Rudolfo* de *Liechtensteyn*, *Henrico de Walse*, et aliis Laicis et clericis honorabilibus in Arragoniam pro filio Regis, quae dicta est *Elisabeth*, destinavit; venientibus nuntiis, ituram cum eis hilariter se promisit, quam et pater expeditione multum solempni praeparavit, adjungens pro conductore Reverendum Archiepiscopum de *Gerunda*. Summus Pontifex transeunti *Carpentratum* obtulit caballum cui insideret pulcherrime, et firmata benedictione Apostolica iter aggressum perficere exoptabat.

Anno Dom. M.CCC.XIV. Interea filia Regis Arragoniae menſe Januarii Karinthiam apprehendit, ubi ei *Fridericus* laeto animo occurrens, in Auſtriam deduxit. Dein *Karolum* Regem Ungariae advocat, et *Heinricum* ducem Karinthiae, Fratres ſuos duces *Leupoldum*, *Heinricum*, et *Ottonem* pluresque comites et nobiles, et *Wickardum* Episcopum Salzburgenſem, praeſente etiam ſorore ſua dom. *Agnete*, quondam Regina Ungariae, et matre dom. *Eliſabeth* Rom. Regina, et cum praedictis omnibus myſterium conſilii ſui tractabat ad adquirendum Thronum Regiae celſitudinis. Horum promiſſis acceptis magnis ſumptibus ſe diſponit, ſciens etiam Marchionem Brandeburgenſem, et Ducem Saxoniae ſe non deſerere, confidentius armatur. Interea *Petrus* moguntinus, et *Balduinus* Trevirenſis, praeſules, cum *Johanne* Bohemiae Rege conſilium inierunt, et ſuſpectam *Friderici* potentiam habentes, *Ludovicum* Bavariae excitant ad coronam capeſſendam, qui etiam ad curiam Electionis, viribus quibus poterat, ſe disponit.

Hoc etiam anno, Paduani oppreſſi a Veronenſibus, a *Friderico* duce auxilium petunt, qui miſſit *Ulricum*, virum fidelem de *Walſe*, capitaneum ſtyriae, qui adjunctis ſibi pluribus viris ſtrenuis, ſcilicet *Ulrico* filio, et *Ulrico* comite de *Phanneberg* ſororis ſuae marito, civitatis Paduane et totius diſtrictus ſuſcepit praeſidiatum et ecce veronenſes cum magna potentia *Paduam* obſident, et novum caſtellum in civitatis vincinia conſtruunt,

ut

ut eam celerius comprehendant. Sed *Ulricus* impetu irruens, novum castellum dissipat, et Veronenses vel capit, vel fugat, et sic *Paduam* conservat.

Interea *Fridericus*, et *Ludovicus* ad locum electionis scilicet *Frankenfurt*, quo poterant gloriosius, pervenerunt. Civitas *Ludowico* patuit, et votivis plausibus honor Regni acclamatur. *Fridericus* mogum transvadens habens secum paucos prae caeteris sibi familiares, in civitatem quae *Bonna* dicitur pervenit, et ibi Rex rite electus proclamatur, et in Ecclesia *S. Cassii* a *Friderico* coloniensi Episcopo coronatur. t)

Anno Dom. M.CCC.XV. *Fridericus* dispositis rebus circa *Rhenum* in Austriam rediit, ibique exercitum in adjutorinm Regis Ungariae parat contra virum nobilem *Matheum* de *Trenscha*. *Leupoldus* autem frater ejus jam pridem in oppido *Selz* super fluenta *Rheni* praesidia collocavit, et quantum valuit fautores *Ludowici* circumquaque positos conturbavit. Interea *Fridericus* consortem suam in *Basileam* vexit, ibique solemnibus habitis nuptiis, eam cum maximo tripudio populorum confluentium coronavit.

Anno Dom. M.CCC.XVI. *Fridericus* Rex coacto in unum Exercitu per Carinthiam transiens, *Esslingam* obsidet, et *Ludowicus* obsidionem solve-

re

t) Vid. *Albertus Argentin. c. I. et Gesta Balduini lib. III. cap. I.*

re cogitans, ex altera parte ſuper littus *Nekari* caſtra figit. Inter partes autem praelium cottidie praeſtolatum, tandum in adaquatione Equorum in medio flumine inchoatur, ſed neutri victoria poterat acclamari.

Hoc anno *Wichardus* ſalzburgenſis Epiſcopus moritur, qui dum quorundam ſanctorum corpora in ſua Eccleſia diſponit elevare, lethargia tangitur, et quaſi *Oza*, qui archam Domini tangere praeſumebat, percutitur.

Anno Dom. M.CCC.XVII. *Fridericus*, *Conradum* Abbatem de *ſalem* mittit ad curiam, ut approbationem et confirmationem poſtularet qui dum *Rudolfum* avum et *Albertum* patrem ejus Romanorum Reges de fide ſervata Eccleſiae commendaret, adjecit: ſi radix ſancta, et rami ſancti. Papa vero et *Roboam* a *Salomone* degeneraſſe reſpondens, quod petierat non admiſit.

Interea *Fridericus* ſecundam expeditionem parat contra ſpirenſium civitatem, tentoria ordinans contra muros, et *Ludowicum* qui in auxilium venerat, vehementi aggreſſu cedere cogit ad bene munitum Cymiterium judaeorum, in quo ſe conſervavit, quousque uterque Exercitus ſine effectu praelii ab invicem iterum ſcinderetur.

Anno Dom. M.CCC.XVIII. Argentinenſes inter ſe diſſentientes ambos Reges alliciunt. *Ludowicus* adveniens ſuper *Bruſcham* fluuium ordinat tentoria ex adverſo papilionis *Friderici*, ita, ut prae-

praelium videretur inchoari, sed sicut prius sine efficientia ab invicem est discessum. Hoc tempore *Johannes* Rex Bohemiae et *Heinricus* Dux Karinthiae in *Patavia* placitantes ad concordiam convenerunt, ita ut *Heinricus* sororem Regis duceret, sed puella reclamante, quae Religionis votum dicitur habuisse, post Regi Franciae sociatur. *Heinricus* autem dux deputatus per *Fridericum* Regem cum *Ottone* fratre suo contra veronenses in auxilium proficiscitur paduanis. Mittit iterum Rex Bohemiae *Johannem* de *Pittingen* virum nobilem ad *Henricum* ducem promittens consanguineam suam filiam materterae, de sorore patris genitam de *Gaspawia* in matrimonium; sed puella dicente se natale solum non velle deserere, et ad Regionem externam transmigrare; Rex doluit vehementer, et dum nihilominus amicitiam affectaret, filium suum *Johannem* tenellum *Margaretae Heinrici* ducis filiae copulavit. *Heinrico* autem *Beatrix* comitis Sabaudiae filia, *Johannis* Regis consanguinea, ut puta de sorore matris nata, matrimonialiter sociavit, *Leupoldo* duce Austriae procurante, quia suae conjugis soror fuit, et in his amicitia perfecta indissolubiliter stabilitur.

Anno Dom. M.CCC.XIX. *Otto* dux Austriae filiam *Stephani* Bavariae ducis duxit: *Albertus* vero, agente *Leupoldo* fratre, *Johannam* filiam *Ulrici* comitis Phirricarum propter terras sibi contingentes, de ducum Burgundiae sanguine claro natam, accepit. *Gutta* soror ducum Austriae, *Ulrico* comiti

miti de *Oettingen* ſociatur, cujus auxilio et conſilio Rex *Fridericus* eſt non modicum roboratus, *Ludovicus* vero plurimum conturbatus, quia omnium ſuorum ſecretorum praecipue conſcius habebatur.

Heinricus dux Karinthiae, exiens a *Padua*, *Conradum* de *Auwenſteyn*, loco ſui, praeſidem civitati deputavit, et ſuas nuptias cum *Beatrice* habuit in *Inſpruk* Ejus prima conjux *Anna* in *Laybaco* mortua, ibique ſubterrata, poſtea in *Boſanum* transfertur.

Anno Dom. M.CCC.XX. *Ludowicus*, oppidum *Muldorff* cingit, ad cujus, et Salzburgenſis praeſulis ſubventionem, ex Auſtria *Fridericus*, et ex Suevia *Leupoldus* cum copiis procedunt, qui *Ludowicum*, compellunt, per modum refugii, *Ratisbonam* ingredi. *Fridericus* autem, et *Leupoldus*, terram potenter devaſtant, nemine reſiſtente.

Anno Dom. M.CCC.XXI. *Heinricus* dux Auſtriae, cum multitudine Equitum, ad petitionem Eccleſiae, venit *Brixiam*, contra vice-comites *Mempheum* ſcilicet, et filios ſuos; ſed parum proficiens poſt multos tractatus in Alamanniam ad fratrum auxilium, et inſtans proelium eſt regreſſus.

Anno Dom. M.CCC.XXII. *Fridericus*, Exercitum congregans, Ungaros et Comanos advocans, et cum *Ludowico* per praelium negotium expediri volens, mittit *Henrichonem* de *Alzeja* ad *Heinricum* ducem Karinthiae, monens quatenus ſibi, ſicut promiſerat, ſubveniat. Fecit autem tranſi-

transſitum per monaſterium *Admontenſe*, cujus Abbas *Egelbertus* vir magnae liberaturae, ipſi eſt locutus, quod illa expeditio in proſperum nullatenes eſſet perventura. *Fridericus* fata contempnens Bawariam ingreditur cum *Heinrico* fratre, et *Friderico* praeſule Salzburgenſi; Dux *Leupoldus* autem ut fructuoſius fratri ſuccurreret moram fecit, rapinas et incendia exercendo, nuntium tamen direxit, qui tempus praelii requireret, ipſe vero circa monaſterium quod *Campus principis* dicitur, reditum nuntii praeſtolatur, qui in via capitur, et *Leupoldus* exſpectatione fruſtratur.

Interea praelium indicitur, et miſſa coram *Friderico* ſummo diluculo celebratur; poſitis ibi reliquiis, annulus aureus, qui praeſagas eventus, ſicut dicitur, praeſignabat, ſimiliter apponitur, ſed qui mirabiliter ſublatus, minime eſt repertus. Igitur *Fridericus* acies ordinat, et fratrem ſuum *Heinricum* cum ſtyrienſibus, et turma praeſulis Salzburgenſis in pratis conſtituit. *Ludowicus* vero regem Bohemorum curatorem Exercitus deputavit, et praelium ingreſſus eſt, cujus agmini vexillum vir cordatus Gentis Franconie de *Sluzzelberg* ſtrenue praeferebat; ſed non minoris audaciae *Juduniacus* nobilis vir de *Gerolzek*, Alſatiae militiae acies *Friderici* vexilli ſui praegeſtatione roboravit. Vociferatione autem, et turbarum concrepatione perſonante, acies commiſcentur, ubi ſigna Bohemica ſupprimuntur ad tempus, dein revertuntur ad quendam monticulum, et arma

eorum

eorum ex ſole reſplendentia adverſariorum oculos reſtringunt. *Fridericus* autem et frater ejus fortiter dimicabant, poſtquam autem mirifice decertarunt per fugam labentibus Ungaris, *Heinricus* dux in ſortem Regis Bohemiae captivatur, *Fridericus* vero, *Friderico* Burggravio, deinde *Ludovico* praeſentatur, et in caſtrum *Dornberch*, dein in *Trausnitz* captivus transmittitur; Geſtum eſt hoc praelium IIII. Kalendas Octobris in pratis *Emphingen* prope *Muldorff*, Territorii Salzburgenſis.

Anno Dom. M.CCC.XXIII. Exacto praelio, *Ludowicus* civitates Imperii luſtravit, et a quibusdam ſibi olim contrariis honorabiliter eſt ſuſceptus. *Heinricus* autem dux Carinthiae, et *Heinricus* comes *Goritiae*, ad eum veniunt poſtulantes, ut *Fridericum* dimittat, qui dum nihil proficerent, ad propria ſunt reverſi.

Rex Bohemiae ad Regem Franciae proficiſcens fortunam belli, et quod *Heinricum* ducem Auſtralem captivum abduxiſſet, expoſuit, qui perſuaſit eum dimittendum, quod et factum eſt, talibus conditionibus, ſcilicet, ut duces Auſtriae rederent munitiones et oppida ad Regnum Bohemiae ſpectantia, inſuper Inſtrumentum illud, quod Rex *Albertus* dicitur extorſiſſe, ut nullum niſi ſui germinis in Regno illo acceptarent.

Anno Dom. M.CCC.XXIV. *Leupoldus* colloquium habuit cum Rege Franciae in oppido, quod *Barra* ſuper *Albam* dicitur, et Regnum Romanorum, ſicut fertur, ad Francos convertere nitebatur,

tur, modo ſibi Vicariatus dimitteretur. Poſt haec, fertur quaedam praeſtigia comparaſſe ut fratrem e captivitate eriperet; conſors *Friderici Eliſabeth*, peregrinationes et jejunia interea aſſumpſit, ac ex nimio fletu viſum ſibi ademit.

Anno Dom. M.CCC.XXV. Religioſus vir *Gotfridus*, prior Maurbacenſis, ordinis Cartuſienſis in ſpiritu fortitudinis, effecit apud *Ludovicum*, ut *Fridericum* e captivitate liberum dimiſerit.

Hoc tempore Rex Bohemiae civitatem *Metenſem* obſedit, poſtremo autem obſidionem ſolvit.

Anno Dom. M.CCC.XXVI. *Fridericus* apud caſtrum *Judenburg* exiſtens nuntium triſte accepit, fratrem ſuum ducem *Leupoldum* ex hoc ſaeculo emigraſſe. Tranſiit autem in *Argentina* poſtridie Kalend. Martii, et in *Campo Regis* juxta Reginam matrem ſuam ſepelitur; Duas reliquit filias, quarum unam, ex conſenſu omnium fratrum *Albertus* dux in Franciam, alteram in Poloniam nobiliter maritavit.

Anno Dom. M.CCCXXVII. *Heinricus* dux Auſtriae in *Prucka* Styriae oppido moritur in die *S. Blaſii*, et in *Gretz* apud Minores ſepelitur, inde vero a conſorte ſua *Eliſabeth* ad campum Regis transfertur. Sic mortuis *Leupoldo* et *Friderico* frater eorum *Otto* portionem ſe contingentem poſtulat, ex quo ortum eſt per Styriam et Auſtriam diſſidium grave; quia *Otto* Reges Ungariae et Bo-

hemiae adiit consilium et auxilium ab eis postulando; interea vero, cum ei filius primogenitus, *Fridericus* scilicet, natus esset in die S. *Scholasticae*, Abbatem de *S. Cruce* cisterciensis ordinis et alios perquirens, in loco apto super *Murtzam* fluvium in Styria monasterium fundavit.

Anno Dom. M.CCC.XXVIII. *Ludovicus* Rex per vallem Tridentinam Italiam introivit. *Fridericus* Rex concordiam cum *Ottone* fratre per interventum *Johannis* Bohemiae Regis meditatur.

Anno Dom. M.CCC.XXIX. Dux *Otto* concors cum fratribus, ad loca *Rheni* superiora proficiscitur, et filium sororis suae *Rudolfum*, Lotharingiae ducem, in civitate, quae ad sanctum *Theodatum* dicitur, est affatus. Rex vero *Fridericus*, quod esset infirmus, ad montana in castrum *Gutensteyn* se contulit.

Hoc tempore Rex Bohemiae contra Lithuanos profectionem fecit.

Hoc anno in vigilia *Mathiae* Apostoli, *Gutta* comitissa de *Ottingen* soror ducum Austriae, moritur *Wiennae* et corpus in *campum Regis* transfertur; unum filium reliquit Juvenem speciosum.

Anno. Dom. M.CCC.XXX. in octava *Epiphaniae Fridericus* Rex percussus morbo apoplexie, transiit, et in loco fundationis suae *Maurbach* regali cultu et exequiis sepelitur.

Eodem

Eodem anno anno obiit ducissa *Elisabeth*, consors ducis *Ottonis*, quae sicut fertur, cum *Alberto* duce, et quibusdam puellis, in quodam obsonio sumpsit cibum mortis; Dux vero *Albertus* membrorum contracta compage ad opera militaria impotens, sella gestatoria usus est. Ducissa defuncta ad monasterium *novi montis* transfertur, ibique solempniter sepelitur, peractis Exequiis dux *Otto*, fletu terso, coepit de alia conjuge cogitare, et missum est in Siciliam, ut neptem suam, filiam *Petri* Regis, cujus mater ex *Ottone* duce Carinthiae avunculo suo fuit progenita, duceret, sed quia res convenientiam non habuit, sic permansit.

Hoc anno in die *S. Margaretae* transiit *Elisabeth*, relicta *Fridcrici* Regis, et apud Fratres minores in *Wienna* sepelitur. Igitur *Ottone* duce, moram faciente in superioribus, civitas *Columbaria* nobilem virum de *Alstat* graviter molestabat, in cujus favorem Dux Exercitum conflat, et civitatem adeo angustiavit, ut *Ludovici* Imp. suffragium imploraret, qui collectis copiis in *Ottonis* oppositum castra locat. Contigit sub his fluctibus Regem Bohemiae advenire, qui ire disposuit ad montana, et alloqui *Heinricum* ducem Karinthiae pro pactis nuptiarum filii sui *Johannis*, et filiae illius *Margarethae*, que jam pubescerat, confirmandis, et investigata origine ulterioris dissidii ambos alloquens, inter eos amicitiam stabilivit, ita, ut *Ludowicus* expensas *Ottonis* habitas, et in servitio Imperii habendas XX. millibus marcarum resarciret,

pro quibus sibi quatuor electas civitates impignoravit, et sic ab invicem discessum est.

Anno M.CCC.XXXI. *Johannes* Rex Bohemorum venit *Brixiam*, et suos in ea milites collocavit, quod ubi ad notitiam *Ludowici* Imp. deductum est, misit is virum nobilem de *Neyffen* ad Regis intentum indagandum, qui pallians, quod mente gerebat, dixit nihil contra Imperium se acturum; interea vero Parmenses, Reginenses et Mutinenses se ipsi dederunt, et sic sine strepitu magnum dominium acquisivit.

Anno Dom. M.CCC.XXXII. *Johannes* Rex cum Exercitu *Papiam* venit, et eam non habere valens, *Bononiam* vadit, et cum Cardinale ostiense, Legato, confoederationem faciens, *Parmam* rediit, ibique sumpta pecunia pro ipsius civitatis commenda, sentiens se in aliis nihil proficere, cum filio *Karolo* in Alamanniam revertitur. Nihilominus mittitur filia sua cum apparatu solempni in Austriam, et procurata dispensatione super consanguinitate, inter eam, et ducem *Ottonem* festivales nuptiae celebrantur; Duci autem fertur non placuisse ad tempus aliquod, vel quia ad huc tenella fuit, vel ut de casibus Bohemorum et Australium aura serenior redderetur.

Hoc anno Dux *Albertus* Monasterium ordi: Carthusiensis coepit fundare, quod nomine *Thronus S. Mariae* appellatur, in optimo loco terrae australis positum.

Anno

Anno Dom. M.CCC.XXXIII. Venit Rex *Johannes* e Bohemia in Auſtriam, et quia jam dudum conſorte caruit, inter eum, et *Eliſabeth*, *Friderici* quondam Regis filiam conjugium eſt tractatum, ſed pactis jam firmatis, cum ad agendas nuptias induciarum tempora appropinquarent, Rex ſe aſſerit maleficiatum, et ad amplexus conjugii impotentem, noviſſime tamen connubium habuit retroceſſum, de quo multi multa ſenſere, duxitque poſtea aliam de domo Regum Franciae, filiam *Ludowici*, qui fuit filius *Ludowici* fratris Regis *Philippi*.

Anno Dom. M.CCC.XXXIV. *Ludowicus* Imperator ad partes *Rheni* properat, et quomodo novi Pontificis gratiam venari poſſit a magnatibus ſciscitatur; concordi itaque conſilio, mittitur vir prudens de *Rechberg*, et ordinis cruciferorum de *Nellenberg* provincialis, cum *Ulrico* de *Auguſta*, eximio decretiſta, qui etiam inter eum et Regem Franciae, una cum *Alberto* de *Hohenburg*, *Ludovici* Cancellario, eam materiam tractaverunt; ſed inefficaciter ſunt regreſſi.

Anno Dom. MCCCXXXV. *Heinricus* Dux Karinthiae, dominica qua cantatur *Judica*, in caſtro *Tyrolis* tempore miſſae in capella *S. Pancratii* preſſus colera ſuffocatus, in Eccleſia Beati *Johannis* ſub caſtro tumulatur. Sed transacto biennio ad monaſterium *Stamſen*, quod pater ejus glorioſe fundaverat, transfertur. Hic *Heinricus* ord. Ciſtercienſis monaſterium fundavit in montibus, quod *Senhals*, alio nomine *vallis omnium Angelorum* dicitur.

citur. Filia defuncti *Heinrici* et gener suus, de consilio nobilium terrae, mittunt nuntios in Bohemiam. Interea Duces Austriae cum *Ludovico* Imperatore in civitate *Linza*, super littus Danubii colloquia miscentes, Karinthiam petunt ratione sanguinis materni; Carniolam asserentes ad se legitime devolutam quod eam Duces Karynthiae a suis progenitoribus jam longo tempore vadis nomine possidebant. *Ludovicus* autem eorum potentiam sibi arbitratus necessariam, adjudicavit postulata, et III. Non. May eos solempniter investivit. Dirigunt Tyrolenses Abbatem *de Victoria*, veniunt et *Heinricus*, gener Regis Bohemiae et *Karolus* marchio filius ejus, et post hos praepositus Wissegradensis ad Imperatorem, reposcentes Karinthiam, vi magis, quam Justitia pueris innocentibus subreptam, sed qui omnes inefficaciter recesserunt, et Dux *Otto* terrarum adiit possessionem.

Hoc anno Rex Bohemiae Ducibus bellum pandit, et per incendia et rapinas Austriam invadit; demum concordiam optans *Linzam* civitatem venit, ubi ex utraque parte causarum obstacula solvuntur, et *Joanna* ducissa *Alberti* conjux, nunc Regem, nunc Ducem blanditijs leniens amicitiam in cordibus principum stabilivit, ita ut *Johanni* Regi recompensa pecuniaria de expensis fieret, et nulla in reliquum de repetitione Karinthiae quaestio contra Duces moveretur. Porro *Karolus* Regis filius, castrum *Conradi de Auwenstein*, in districtu

ſtrictu Tyrolenſi ſitum, ſubverterat, imputans ei, quod Terram ſicut debuit, minime defendiſſet.

Notandum quod illis temporibus in Auſtria et Styria, ac aliis vicinis Terris, plures novitates ſurrexerunt in veſtibus; alii in tunicis ſiniſtram manicam de alio panno ferebant; alii ſiniſtram manicam ita ampliabant, quod amplitudo excederet longitudinem ipſius tunicae. Alii ambas manicas in tantum ampliabant. Alii ſiniſtram manicam ornabant diverſimode vel cum ſericis vel cum argento. Alii cannas argenteas inſerebant illis manicis. Alii in pectore laminas de alieno panno cum litteris argenteis vel ſericis deferebant. Alii in ſiniſtra parte pectoris imagines gerebant; alii tunicas in tantum artabant, ut niſi per adjutorium aliorum, vel per nodulos brachiis et humeris inhaerentes, eas veſtiri valuerint. Praeterea fimbrias tunicarum ornabant, interdum ſciſſuras in eisdem facientes, et pro fimbriis portantes. Caputiis etiam tunc omnes uti coeperunt, et ceſſavit uſus mitrarum, per quas Chriſtianus a judaeis dinoscebatur. Tunc etiam pallia in tantum decurtabant, ut aliquibus vix poſteriora tangerent. Incepit etiam tunc in ſericis varietas a famulis uſque ad clientes contra militum antiquam conſuetudinem; in ſuperioribus etiam tunicis accurtabant manicas, ut ſuper brachia vix ad cubitum attingerent, ſub cubito vero longum quid, ut vexillum, dependebat.

Anno Dom. M.CCC.XXXVI. Pridie Kalend. Octobris decessit ex hac vita *Katharina*, *Leupoldi* Ducis relicta consors, et in *campo Regio* sepelitur. Hoc tempore infirmabatur etiam gravissime *Friderici* quondam Regis filia *Elisabeth*, quae dum Regi Serviae diceretur copulanda, in tantum abhorruit hominis schismatici fidem erroneam, ut mortem potius, quam nuptias hujusmodi exoptaret. Venit autem tunc *Wiennam* Rex Bohemorum, filiam suam *Ottonis* consortem visitare, et inter se et Duces de novo factam amicitiam roborare, quem *Otto* dux ad puellam aegrotantem duxit. Visa puella Rex ingemuit, et suffuso vultu suspiria traxit, extitit enim in cordis sui radice fixum, quod sibi olim desponsata fuerat, et ab ea, ob labem impotentiae, quam allegaverat, separatus, aliam superduxisset. Transiit autem puella die X. Kalend. Novembris.

Post haec *Anna* soror ejus, *Johanni* comiti Goriziae nupsit, qui, quoad sanguinem maternum, de ducibus Bavariae traxit originem, quorum nuptiae celebrantur *Wiennae*; sed non diu post juvencula viduatur, et castra comitatus in Marchia et Karinthia, ratione dotalitii maternae suae a Ducibus arrestantur, quousque successores *Albertus*, *Meynhardus*, *Heinricus*, *Alberti* comitis filii cum principibus conformantur. Porro *Anna* de comparis sui acerbissimo transitu nimium afflicta, inter moenia *Wiennae* se divino servitio sub Regula *sanctae Clarae* devotissime mancipavit.

Anno

Anno Dom. M.CCC.XXXVII. *Albertus* Dux Basilicam *S. Mariae Virginis* visitavit, expletis ibi muniis suae devotionis, venit *Coloniam Agrippinam*, quae *trium Regum* corporibus est insignis, rediit autem inde ad Alsatiam ad sororem suam, ac rebus dispositis, relicto ibi *Friderico Ottonis* ducis filio, in Austriam reversus est.

Anno Dom. M.CCC.XXXVIII. *Albertus* Dux audiens, *Johannem* Bohemorum Regis filium, qui Tyrolensem tenuit comitatum, ut etiam Karinthiam invaderet, machinari, condensam nebulam sua praesentia dissolvit.

Hoc anno transiit ex mundo venerabilis Archiepiscopus Salzburgensis *Fridericus*, cui succedit *Heinricus* ejusdem Ecclesiae Canonicus, vir in disciplinis liberalibus eruditus.

Hoc etiam anno fuit persecutio Judaeorum in Austria, Bawaria, Karinthia, ac in aliis Teuthoniae partibus.

Eodem anno obiit Dominus *Heinricus*, Episcopus Laventensis, Cancellarius Domini *Alberti* Ducis Austriae in *Newkirchen* apud *novam civitatem*. Tunc Dux *Albertus* et Dux *Otto* omnia bona ejusdem Episcopi, quae habebant *Wiennae*, inter se diviserunt, sicut scriptum est per prophetam: diviserunt sibi vestimenta mea etc.

Eodem tempore *Edowardus*, Rex Angliae venit ad Imperatorem *Ludowicum* in civitate quae *Confluentia* dicitur, et sedente Imperatore pro tri-

bunali, incepit actionem contra Regem Franciae, repetens praeter Ducatum Nortmanniae, coronam Regni Franciae, sibi et sororis suae filio debitam.

Hoc anno III. Non. Novembris *Anna* Bohemorum Regis filia, Ducis *Ottonis* Austriae Consors altera, sine prole transiit ex hoc mundo, quae in monasterio *novi montis* sepelitur.

Hoc anno XVIII. Kalend. Octobris, ministeriales Karinthiae communi decreto ad *Albertum* Ducem in civitate *Gretz* accesserunt, et ab eo super certis legibus privilegium obtinuerunt, quod ad castri fortissimi conservatorium, quod *Osterwitz* dicitur, recondunt.

Anno Dom. M.CCC.XXXIX. Dux *Otto* a civitate *Gretz* Styriae debilis in Austriam est perlatus igitur morbo praevalente testamentum condidit, cujus executores statuit nobiles viros *Ulricum* de *Phanberg* et *Ulricum* de *Pergau*, et fratri suo duobus filiis suis *Friderico* et *Leupoldo* commendatis IIII. Kalend. Martii transiit, et apud Fratres Augustinenses *Wiennae* tumulatur.

Eodem anno in capite Kalendarum Novembrium, Ducissa *Johanna*, *Alberti* Ducis consors, filium peperit, qui, tanquam alter Samuel a domino postulans, *Rudolfus* nomen sortitus est.

Hoc anno, *Albertus* Dux collquium habuit cum Imperatore prope *Hallis*, Territorii Salzburgensis, in quo, inter alia, Dux *Henrico* praesuli, de curia *Frankefort* noviter reverso, qui Imperatori

tori in suſceptione ſuorum regalium parere recuſavit, inducias ad biennium non ſine difficultate impetravit.

Fridericus Dux, *Ottonis* defuncti filius in caſtro *Lenzeburg* conſtitutus placidum ſe omnibus exhibebat. Contigit autem quod comes de *Nidowe*, vir potens, ad civitatis diſpendium frumentum et alia in via regia depraedaretur. Hinc cives ſuum opprobrium circumvicinis civitatibus querulantur, et ſuffragium petunt, ſimiliter comes; et ſic praelium ex utraque parte commiſſum eſt, in quo cecidit comes de *Nidowe*, et vir ſpectabilis de *Furſtenberg*, aliique plures nobiles. Factae tamen treugae, quoadusque ad concordiam perventum eſt.

Hoc anno, *Heinricus* Dux inferioris Bawariae moritur, gener Regis Boemorum, et non longe poſt unico filio ſuo *Johanne*, quem reliquit, et conſorte Regis Boemorum filia, ſublatis, *Ludowicus* terram apprehendit.

Anno Dom. M.CCC.XL. *Fridericus* Dux Juvenis in Auſtriam revertitur, et lateri *Alberti* patrui cum fratre *Leupoldo* adhaerent.

Hoc anno *Fridericus* libertinus de *ſuneck* ab Imperatore *Ludovico* in civitate monacenſi comitis titulum accepit, ſeque de *Galeya* nuncupavit.

Fuit hoc tempore in Karinthia quaedam gyrovaga mulier nomine *Katharina*, quae arte praeſtigioſa, ſeu, ut fertur, virtute quarundam radicum,

ſtygmate

ſtygmate in latere, manibus, et pedibus, facta demonſtravit, nobiles in caſtris foeminas, et ſimplices in civitatibus et villis decipiens, dicens ſibi caelitus miſſum cibum; ſed ne in patrocinio fraudis et doli deprehenderetur, latebras quaerebat, ac poſtremo auffugit.

Anno Dom. M.CCC.XLI. *Joannes* Bohemiae Regis filius, de comitatu Tyrolenſi expellitur, nobilibus terrae hoc pertractantibus cum Imperatore. Ipſe vero vaſis ſuis collectis ad Patriarcham *Bertrandum* in *forum Julii* commigravit a quo honorifice ſuſcipitur.

Hoc anno filia Regis Boemiae *Caſimiro Cracoviae* Regis filio deſponſata moritur, mox ſponſus ad hortatum ejusdem Boemiae Regis duxit filiam Landgravii Haſſiae et in civitate *Poſna* nuptias celebravit.

Anno Dom. M.CCC.XLII. Imperator *Ludowicus* filium ſuum *Ludovicum*, marchionem de *Brandenburg*, cujus uxor, filia Regis *Daciae*, jam dudum deceſſerat, ſtimulat ut conſortem *Johannis* comitis Tyrolenſis ducat, Terramque inclytam apprehenderet, qui dum reniteretur et horreret, ſermo patris praevaluit, et Eccleſiaſtici Juris formula poſtergata, divortium celebratum eſt, et nuptiae inter *Ludovicum* et *Margaretham* conſtitutae.

Albertus Dux audiens quod *Ludowicus*, Imperatoris filius, ſe ducem Karinthiae, comitem Tyrolenſem, et Goritiae intitularet, ne ſic Karinthiam

thiam invaderet, occurrere satagebat, unde dispositis necessariis, se, vel unum ex fratruelibus sublimare statuit in solium ducatus.

Anno Dom. M.CCC.XLIII. Mense Octobris *Elisabeth*, relicta quondam *Heinrici* Ducis Austriae, moritur, et in campo Regis sepelitur, Exequiae ejus *Wiennae* pie et solempniter celebrantur. *Albertus* etiam nostrarum Dux terrarum, fratruele *Friderico* ad superiores partes expedito, informatore et Cancellario *Ulrico* Episcopo Curiensi ipsi deputato, ad pacis Commoda circumquaque vigilavit.

Ego futura relinquens posteris melius annotanda, finem faciam sermonis, et siquidem bene et ut historiae competit, et ipse velim; sin minus digne, concedendum est mihi.

Anno Dom. M.CCC.XLVI. Factum est praelium inter duos Reges, scilicet Regem Angliae et Regem Franciae juxta villam quae vocatur *Kresii*, et duravit praelium ab hora vesperarum Sabbathi post *Bartholomaei*, usque ad diem proximum sequentem ad horam nonam, in quo Dominus Rex Angliae illustris victoriam Dei gratia obtinuit et triumphum.

Et ego *Johannes*, dictus *Schönfelt*, miles interfui in eodem praelio in parte Regis Angliae, et fui vulneratus in dextra parte mei faciei, et adhuc longitudo, quasi unius digiti sagittae est in capite meo residens.

Ex Codice MS. Biblioth. Palatinae in Vaticano num. 971.

LXX.

LXX.

DIOECESIS WORMATIENSIS DIVISA IN ARCHIDIACONATUS.

Parochia a) Wormatienſis b) ampliſſima cis et ultra *Rhenum* per pagos *Wormazgouue* c) *Lobdegouue* d) et *Craichgouue* longe lateque diffuſa verſus ſeptentrionem Archidioeceſi Moguntinae, f) verſus ſolis orientis plagam Epiſcopatui Herbipolenſi, g) verſus meridiem Spirenſi h) et ubi ſol occidit, Metenſi i) confinis eſt. Quatuor Praepoſitis Eccleſiarum Majoris Wormatienſis, k) Collegiatarum in *Neuhauſen*, l) *S. Pauli* m) et in *Wimpffen* n) cura Archidiaconalis o) ab Epiſcopo concredita fuit.

a) Territorium et diſtrictus Epiſcopi ut Provincia Metropolitani et Archi-Epiſcopi. *S. Bonifacius ep. ad Zachariam PP. de Germania*: *Et Provinciam in tres parochias diſcrevimus.* Zacharias PP. ep. ad Burchardum Wirziburgenſem: *Innotuit nobis . . . Coëpiſcopus noſter* Bonifacius *nuper ſe diſcreviſſe et ordinaſſe in Germaniae partibus Epiſcopales ſedes . . . et Provinciam in tres diviſiſſe parochias.* Ita paſſim *canones Apoſtolor: c. 14. 15. 34. 35. Concil. Nicaenum 1. c. 16. Concil. Sueſſione ſub Childeberto, Vernenſe, Wormatienſe, Liptinenſe. Leges Alemann. tit. ij. §. 1. tit. 13. §. 2. Capitular. Caroli M. lib. 1. c. 9. 40. 70. lib. 2. c. 4. lib. 5. cap. 84. lib. 6. c. 57. 86. 104. etc.*

b)

b) Series Episcoporum Wormatiensium historice comprobata demum incipit an. DCCLXX. quo *Erembertus* authoritate Pontificis et *Caroli M.* ordinatione ad hunc Episcopatum promotus est. *Schannat. Hist. Wormat. p. 6. et 310.* Inane illud commentum, quod *Moguntia* fuerit Ecclesiae Wormatiensis suffraganea e gestis Trevirorum aliisque junioris aevi scriptoribus enatum et absque ullo solidiori fundamento assertum tunc penitus destructuri sumus, dum *Moguntiam* metropolim sub Imperio Romano, sub Regno Francico et Alemannico demonstrabimus.

c) Pagum hunc egregie illustravit clar. *Andreas Lamejus* Academiae Theodoro - Palatinae Secretarius perpetuus. *vid. Acta Academ. T. I. p. 243 – 300.*

d) Vid. citata *Academiae acta T. 1. p. 215 – 242.*

e) Idem *Lamejus. Tom. IV. Actorum Academ. p. 104-246.*

f) Conf. *Dioecesis Moguntina in Archidiaconatus distincta Tom. I. commentat. III. et IV.*

g) Vid. *Archidiaconatus Herbipolenses Subsidior. Diplom. T. V. p. 345. sq.*

h) Confer. *Archidiaconatus Spirensis Episcopatus Tom. X. Subsidior. Dipl. p. 283. sq.*

i) Vid. hujus *Dioecesis* divisae in Archidiaconatus §. VI.

k) Dioecesis Wormatiensis in X. sedes Archipresbyterales sive Capitula ruralia est distincta. I. sedes *Dirmstein.* II. sedes *Guntersblumen.* III. sedes *Westhoffen.* IV. sedes *Leiningen.* V. sedes *Freinsheim.* VI. sedes *Nanstall.* VIII. trans Rhenum sedes *Weinheim.* VIII. sedes *Waibstatt.* IX. sedes *Schweigeren.* X. sedes *Heidelberg.* Has inter Praeposito Ecclesiae Majoris obvenit moderanda *sedes I.* vid. Schann. Hist. Worm. p. 31. etc. *Sedes IV.* vid. p. 13. etc. *Sedes V.* vid. p. 10. etc. *Sedes VI.* vid. T. II. pag. 103.

l) Sub Praeposito in Neuhausen erant *sedes VII.* vid. infra §. VII. et *sedes X.* vid. *Schannat. l. c. p. 44.*

m)

m) Praepositus *S. Pauli* respiciebat *sedes II. et III.* Legatur series Praepositorum *S. Pauli* apud *Schannat l. c. p. 123.* sq. ubi quaedam hujus rei vestigia occurrunt.

n) Ad Praepositum Wimpinensem spectabant *sedes VIII. et IX. Schannat Vindem. litter. coll. II. p. 58.* e *Burchardi de Hallis* chronico Ecclesiae Collegiatae *S. Petri* Wimpinensis refert: = Accidit tandem ut quidam Antistes Wormaciensis Ecclesiae nomine *Crudolfus* . . . . hic monasterium aedificari jussit . . in quo Conventum XII. personarum instituit, qui horis nocturnis et diurnis ibidem Deo obsequium praestarent . . . e quibus etiam personis unum Praepositum constituit, quem non solum huic Conventui praefecit, verum etiam omnibus plebanis, vice plebanis cappellanis et Rectoribus Ecclesiarum a Civitate *Heidelberc* sursum usque ad fines dyocesis constitutis, quos omnes in tantum suae jurisdictioni subegit, ut vacante aliqua parochia electus ad eam ab ipso Praeposito cura animarum et dono altaris debeat investiri. statuit etiam ut parrochiales illi feria II. infra festum Pentecostes cum reliquijs sanctorum in monasterium praetactum . . . oblationes . . deferrent . . sequenti vero feria II. post octavam Pentecostes universi illi plebani et vice plebani conspectui ipsius Praepositi in eodem monasterio se praesentarent, audituri sermonem de vita et honestate clericorum et statuta synodalia ita ut si quis eorum in aliquo exorbitaverit, condignae subjaceret correctioni et sic emendatis excessibus singuli ad sua laeti redirent.

o) De officio Archidiaconis incumbente vid. *Dioecesis Mogunt. in Archidiaconatus distincta Tom. I. II. et III.*

SE-

SEDES DIRMSTEIN *OLIM.* HESSEN. NUMERAT ECCLESIAS MATRICES ET FILIALES.

Roxheim. a)
Babenheim filia. b)
ibidem Capella. c)
Merſch. d)
Studernheim. e)
Agersheim. f)
Frieſenheim. g)
Mundenheim. h)
Rucheim. i)
Epſtein. k)
Flamersheim. l)
Ormbſsheim. m)
Heſsheim. n)
Heuchelnheim. o)
Beindersheim. p)
Nuttesheim. q)
Utzelsheim. r)
Horgheim. s)
Weinſsheim filia.
ibidem Capella. t)
Wieſs-Oppenheim. u)
Heppenheim uff der Wieſs. x)
Pfeddersheim. y)
Leuſſelnheim. z)
Pfefelkern. aa)
Hoigheim. bb)

a) Mentio hujus loci antiquissima occurrit in donatione *Arnolfi* Regis *Sigolfo* Laurisheimensi Praeposito an. 888. facta. In litteris *Francofurti* signatis Rex ait: Nos ob amorem Dei et remissionem peccatorum nostrorum atque pro remedio animarum piae recordationis avi, genitorisque nostri *Carlomanni* quasdam res juris nostri cuidam fideli nostro nomine *Sigolfo* in jus et proprietatem ad dies vitae suae perpetuo possidendum concessimus, videlicet in comitatu Wormatiense in *Roccbersbeimero marcha* aream unam et jurnales XXV. . . . . vid. *Tradit. Laurisbeim:* in Codice hujus monasterij Principis ab Academia Theodoro Palatina divulgato *Tom. I. p. 88.* Ecclesiae parochiali patrona *S. Maria Magdalena* fuit assignata. Domini Majoris Ecclesiae Wormatiensis ex jure patronatus parochum nominant. Ibidem altare sanctorum *Sebastiani* et *Nicolai* Episcopi consecratum tantum sed non dotatum.

b) Varias traditiones in *Baabinbeimer marca S. Nazario* factas in mox *citato Codice* reperies *T. I. p. 166. T. II. p. 8. 129. 197.* In Visitatione hujus Ecclesiae filialis dabat Aedituus Commissario mediam avenae minam et manipulum luminum abscissum infra et supra manum.

c) Capellae tantum consecratae patronus est sanctus *Mauritius.*

d) *Merischb* audit in *Codice Laurisb. T. II. p. 3.* in pago Wormacensi p. 4. in *Merischa* pratum super *Renum* fluvium situm p. 5. mansus in *Merischero marca* situs etc. *S. Nazario* donatus est. vid. etiam. N. MCCXXXIII. Ecclesiae parochialis patronus est *S. Stephanus.* Pater de *Franckenthal* *) confert et regitur per fratrem ordinis. Ibidem altare *S. Catharinae* dotatum.

*) Circa

*) Circa an. MCXXV. *Erckenbertus* nobilis Ministerialis coeptam a se alias *Frauckenthalensis* Monasterij structuram urserat, quae ubi demum biennio post absoluta stetit, illud *Burchardus* ex mente Fundatoris honori *S. Mariae Magdalenae* dicatum Regularibus Canonicis *S. Augustini* incolendum tradidit. *Schannat hist. Worm. pag. 352. et prob. 72.* In specimine *Breviarij Rerum Fiscalium Caroli M.* notantur donationes ad monasterium *Witunburg* (*Weissenburg*) factae. ibi: *Birnibo* presbiter tradidit ad ipsum monasterium . . in villa *Franconadal* Ecclesiam I. . . . et e contra recepit in ipso pago in villa *Marisga* (*Merische*, hodie *Mörsch*) mansos serviles absos III. . . . *ab Eckhart Rer. Franc. Orient. Tom. II. p. 907.* In visitatione aedituus dabit mediam minam avenae et manipulum luminum abscissum infra et supra manum. Equi debent habere stratum usque ad pectoralia et Commissarius cum suis honeste et sufficienter refici.

e) Ecclesiae parochialis patronus est *S. Georgius* Martyr. Domini Majoris Ecclesiae Wormatiensis eandem conferunt. Est mater et annexa Ecclesiae parochiali in *Agersheim.* utraeque habent baptisteria et Ecclesiastica sacramenta. Ibidem altare *S. Annae* consecratum tantum.

f) Patronus Ecclesiae *S. Kilianus.* Domini Ecclesiae Majoris eandem conferunt. Est filia ad *Studenheim.* Ibidem a dextris altare *B. Mariae* V. consecratum, habet residentem. Aliud a sinistris altare *S. Catharinae*, habet residentem.

ENTSCHEIDT ZWÜSCHEN DEM PFERRER ZU AGERSHEIM, BURGERMEISTER, RAT UND GEMEYN DASELBST.

Wir *Philips* etc. von Gots gnaden pfaltzgraue by Rine, bekennen und thun kunt offenbare mit diesen brieff. als Irrung zuschen den Ersamen und unsern lieben getruwen und besundern dem pferrer zu *Agersheim* eins, und burgermeister rat und gemeyn daselbst anders teils gewest sind, den kalber zehend antreffen, darumb wir sie vertagt, und durch unser rete gutlich gegen einander verhoren und mit der wirdigen und Ersamen unser lieben getruwen und besundern Dechan und Capittel des Domstiffts zu *Worms* als Collatores derselben pfarr verwilligen, die gnanten parthien mit jren guten wisen und willen gutlich vertragen lassen, das auch beid teil angenommen, und dem furter also nachzukomen, und daby zu blyben zugesagt und versprochen han wie nachfolgt. Nemlich das die obgenanten von *Agersheim* und ir nachkommen von eim iglichen Kalb das sie haben oder gewynnen das under vier wochen sins alters nit zu unnutz abgeet, hinfur den gemelten pferrer und sinen nachkomen funf pfenning geben, und sollen damit solicher irrung mit einander gericht geslicht und vertragen sin und bliben, alles ungeuerlich. Und des zu urkundt haben wir dieser entscheidts brieff zwen glich lutend machen, und mit unserm anhangenden Secret versigeln, und yeder parthey einen geben lassen.

ſen. Datum *Heydelberg* uf Donerſtag nach dem pfingſtag. Anno M°.CCCC.Lxxxxx.no.

g) Anno XXXI. regni glorioſi Imperatoris *Karoli* Donatio novem jurnalium in *Friſenheimer marca S. Nazario* facta eſt. *Codex Laurisb. T. II. p. 124.* Eccleſiae parochialis patronum veneratur ſanctum *Leodegarium.* Domini Colegij *novae Civitatis* (Neuſtadt) ſpirenſis Dioeceſis collatores ſunt. Ibidem Altare Sanctorum *Wolffgangi, Valentini, Mariae Magdalenae* conſecratum tantum.

h) Anno tertio *Karoli* Imp. *Hita* Deo ſacrata monaſterio *Laurisheimenſi* multa donavit in *Friſenheim* marca et in *Wizzinheim* et in *Eberulfesheim* et in *Muntinheim* et in *Hamingesheim* et in *Karlebach.* vid. *Cod. Laurisb. T. II. p. 124.* Eccleſiae parochialis patronus eſt *S. Sebaſtianus* cum *S. Petro.* Eccleſia Collegiata *S. Andreae* Wormat. confert parochiam. *Joannes* Wormatienſis Epiſcopus omnes ac ſingulos redditus inde provenientes eidem Collegio univit an. MCCCCLXXXIII. factum probante *Sixto IV.* Pontifice. Ibidem altare *B. Mariae V.* conſecratum tantum.

i) Patronus Eccleſiae parochialis eſt *S. Cyriacus.* Praepoſitus Neuhuſenſis eandem confert. Ibidem altare *B. Mariae V.* conſecratum tantum.

k) *S. Cyriacus* hujus Eccleſiae parochialis patronus. Collegium Neuhuſenſe eam confert. Ibidem altare *B. M. V.* quod dotarunt nobiles *Hundt a Sawelnheim. Eberhardus* II. Epiſcopus Worm. Collegiatae in *Neuhaus* cum jure patronatus donavit omnes hujus Eccleſiae proventus an. MCCXCIII.

l) Eccleſiae parochialis patronus eſt *S. Stephanus.* Eam confert Praepoſitus montis *S. Georgij* extra *Pfedersheim.* Ibidem altare *B. M. V.* dotatum cujus patronatum habet Armiger *Henricus de M. Kenheim.*

m) In hac villula prope *Franckenthal* capella extat subdita parochiali *Flamersheim.*

n) Hujus Ecclesiae parochialis patronus est *S. Martinus.* Domini Ecclesiae Majoris Wormatiensis illam conferunt. *Hesſsheim* sive *Hessen* quondam sedis ruralis caput erat, ut constat e quodam instrumento anni MCCCCI. ubi Archipresbyter, Camerarius ac Diffinitores nec non personae Capitulares longo ordine recensentur. ibidem altare *B. M. V.* dotatum et ad id praesentat Princeps Palatinus.

o) Extat in *Cod. Laurisheim: T. II. p. 31.* Donatio *Folradi* in *Hucbilheim* in Pago Wormat. anno XV. regni Domini *Pipini* Regis facta *S. Nazario.*

p) Ecclesia parochialis sub patrocinio *S. Crucis, S. Petri* Apostoli et *S. Nicolai* Episcopi. Domini Ecclesiae *S. Andreae* Wormat. illam conferunt. Ibidem Altare non consecratum. In donatione *Gunzonis* presbitori *S. Nazario* facta anno *Ludovici* Regis XV. vocatur *Bentritesheim.* Notat *Schannat in hist. Worm. p. ij.* quod jus patronatus hujus Ecclesiae una cum Decimis alijsque attinentijs habuerit olim in subfeudum a Comitibus *de Leiningen Dizo* miles de *Eselentheim, Hermanno de Rippur* intermedio; sed ea omnia sibi acquisiverint an. MCCLX. Decanus et Capitulum Ecclesiae Collegiatae ad *S. Andream* accedente consensu *Emichonis* Comitis *de Leiningen* An. MCCLXIIII. nec non ratihabitione *Eberhardi* Episcopi Wormatiensis, qui ex persona duplici, nimirum qua Dominus feudi directus et qua Ordinarius redditus omnes inde provenientes eidem Collegio incorparavit an. MCCLXVIII. factum probante Papa *Clemente IV.* per bullam *Viterbij* eodem anno Kalendis junij datam.

q)

q) Hodie *Nittelsheim.* Ecclesiae parochialis *S. Petrus* Apostolus patronus est, ad eam praesentat *Wiricus* de *Lapide Superiori.* Ibidem altare non consecratum.

r) Nunc *Klein-Nittelsheim*, cujus Ecclesiae parochialis *S. Severinus* est patronus. Jus patronatus penes Dominos *S. Andreae*, testante charta *Eberhardi* Episcopi Wormatien. quod *Gerbodo* et *Godefridus* de *Moro* fratres milites Wormat. qui decimas et jus patron. in *Utzelnheim* in feodum detinebant, decimas etc. in Capitulum *S. Andreae* contulerint. an. MCCLXX.

s) In Donatione *Nitheri* Anno XIIII. regnante *Pipino* Ecclesiae *S. Nazarij* facta *Horgiheim* super fluvium *jsina* et in Praecepto *Ludovici Pij*, quo *Adelberto* cuidam res quasdam donat, *Horagaheim* appellatur. vid. *Cod. Laurisheim. Tom. II. p. 31.* et *joannis spicileg. p. 442.*

t) Capella *S. Bonifacij* Ecclesiae parochiali annexa.

u) *S. Martinus* hujus Ecclesiae parochialis patronus, ad quam ex jure patronatus praesentat Praepositus Ecclesiae Majoris Wormatiensis. Ibidem altare non consecratum regitur per Commendarium.

x) Anno XXVII. Regni Domini *Caroli* gloriosissimi Regis (795.) *Biligart* de *Wormacinse* in villa *Heppenheim* totum et integrum Terrae Araturiae etc. tradidit *S. Bonifacio. Schannat Tradit. Fuld. p. 53.* Patronus hujus Ecclesiae parochialis est *S. Petrus* Apostolus, collator autem Praepositus Majoris Ecclesiae Wormatiensis. Ibidem a sinistris altare *S. Nicolai* Episcopi Primissaria, quam confert praefatus Praepositus. Ibidem altare *B. M. V.* dotatum. A dextris altare *S. Crucis* consecratum tantum.

y) In chartis antiquioribus dicitur *Patersheim*, Paterni et Patroni villa. Ejusdem Ecclesia parochialis sub patrocinio *B. M. Virginis* est, Praepositus mon-

tis *S. Georgij* extra muros *Pfedersheim* eandem confert. Ibidem ante chorum altare *S. Crucis* confirmatum habet domum et residentem. a dextris altare *S. Nicolai* Episcopi consecratum tantum. a sinistris altare *S. Catharinae* confirmatum, habet domum et residentem. Ante capellam altare *S. Sebastiani* consecratum tantum. In sacristia altare *S. Elizabeth* consecratum tantum. In Coemiterio extat capella *S. Stephani* confirmata habens domum et residentem. In eadem capella est aliud altare *S. Jodoci*, *Luciae* et *Othiliae* confirmatum habens domum et residentem. In hospitali beneficium confirmatum habens domum et residentem. In monte altare *S. joannis Baptistae* habens domum, sed non residentem, horum omnium collator est Praepositus. *Calmet hist. de Lorraine Tom. II. probat. col. 100. et 105.* hujus oppidi meminit, quod nempe *Pipinus* Rex et *Chrodegangus* Episcopus Metensis *Gorziensi* apud Lotharingos monasterio in pago Wormaciense in *Paterni villa* basilicam in honorem *S. Mariae* constructam cum curte indominicata etc. donarunt. Confer. *Cod. Laurisheim. T. II. p. 195. sq.*

z) Ecclesia parochialis colit Patronum *S. Laurentium*; eandem confert Praepositus Ecclesiae Majoris Wormatien: Ibidem altare *S. Valentini* consecratum tantum.

aa) Ecclesia in *Pfeffilkhum* (Pheffinkheim, Phephilincheim *Schann. hist. Worm. p. 31.*) in honorem *S. Stephani* consecrata sub an. MCCCIIII. a matre Ecclesia in *Hocheim* separata ac ex filiali in parochialem erecta est, reservato Ecclesiae Collegiatae *S. Andreae* Wormat. antiquo suo jure patronatus ibidem. In capella a sinistris habet altare *S. Agnetis* dodatum sed non confirmatum.

bb)

bb) *S. Petro* ſacra eſt Eccleſia, cantor *S. Andreae* ad eandem praeſentat ab Anno MCCXXIII. Ibidem altare *SS. jacobi* et *Laurentij* conſecratum tantum. In cripta altare S. *Nicolai* modice dotatum. Apud Eccleſiam capella conſecrata in honorem *Agoniae Chriſti* confectata tantum. In viſitatione Commiſſario et alijs apponuntur haec fercula: primum: Carnes bovinae cum radicibus petroſelin: et ad hoc debet poni ſinapis, ſecundum: debent adeſſe gallinae et crura porcina in brodeo croceo vulgariter Gelen. Tertium: Capones et carnes porcinae aſſatae et caules, duplices panes, vina medioeria, pyra et caſeus. Equis datur media mina avenae, foenum et bonum ſtratrum.

SEDES GUNTERSBLUMEN.

CUM ECCLESIJS PAROCHIALIBUS, FILIALIBUS ET CAPELLIS.

Uberſsheim. 1)
Bechtheim. 2)
Mettenheim. 3)
Eych. 4)
Hammen filia.
Capella ibidem. 5)
Alſsheim. 6)
Gimſsheim. 7)
Guntersblumen. 8)
Hangen Walheim. 9)
Rudelſsheim. 10)
Dienheim. 11)
Oppenheim. 12)

Ülverſsheim. 13)
Weinolſsheim. 14)
Dolgeſsheim. 15)
Hilnſsheim. 16)
Dorn Dürckheim. 17)
Winterſsheim. 18)
Imbſsheim. 19)

1) In donatione *Radulfi* ad *S. Nazarium*, appellatur *Jbernesheim. Cod. Laurisheim: T. II. p. 16.* in traditione *Friderici p. 200. Jbersheim.* In donatione *Madalgiſi p. 201. Jbernesheimer marca* et ſic in alijs donationibus ſub *Pipino* et *Karolo* Regibus factis, magno numero l. c. occurrentibus. Eccleſiae parochiali aſſignatus eſt Patronus *S. Dionyſius.* An. MCC LXX. *Gerhardus* Praepoſitus *S. Pauli* Worm. de conſenſu *Eberhardi* Epiſcopi Decano et Capitulo *S. Pauli* Eccleſias in *Ibersheim*, in *Angelachen* et in *Ottersheim* cum juribus patronatus et alijs pertinentijs omnibus in augmentum praebendarum ſuarum libere contulit . . . . An. MCCLXXXIX. *joannes* Decanus totumque capitulum Majoris Eccleſiae conceſſionem et unionem praedictas ratas habuit. Ibidem in curia Principis Palatini capella *S. Eliſabeth* conſecrata tantum.

2) Patronus Eccleſiae parochialis eſt *S. Lampertus.* Domini de monte *S. Aegidij* extra *Leodium* eandem conferunt et regitur per fratrem ordinis canonicorum Regularium *S. Auguſtini.* Ibidem ante chorum altare *S. Crucis* confirmatum habet domum et reſidentem. a ſiniſtris altare *B. M. V.* confirmatum habens domum et reſidentem. Ibidem altare *S. Aegidij* confirmatum habet domum et reſidentem. Extra villam capella *S. Crucis* dotata, ſtipendium eſt.

3)

3) Pluries occurrit in *Codice Laurisheim:* vid. *T. II. p. 154. 306.* ubi *Mettenheimer marca* in pago Wormat. 307. sq. 320. ubi *Mettenheim, Eichinen* et *Ostowa* simul recensentur. *T. III. p. 211.* Ecclesiae parochialis patronus est *S. Nazarius*, quidam dictus *Gensfleisch* eandem confert. Ibidem altare *B. Mariae V.* confirmatum. Primissaria habuit domum modo collapsam. Quaedam Domina *de Dalburg* dotavit, ut apparet in confirmatione. Extra villam in monte Capella *S. Michaelis* dotata confertur ab Episcopo Wormat.

4) De hac Ecclesia parochiali *S. Lupo* sacra ita loquitur *Buggo* Episc. Worm. in diplomate an. MCXXXIX. Ecclesiae Collegiatae *S. Pauli* concesso = Investituram Ecclesiae, quae est in *Echena*, fratribus eisdem *S. Pauli* concessimus, ut ipsi eidem Ecclesiae Pastorem praeficiant cum manso dotali etc. de reliquo vero defectui praebendarum suarum subveniat. *Schannat hist. Worm. p. 20.* In *Codice Laurisheim*: vocatur subin *Aichinum*, *Heichinen* etc. Ibidem altare a dextris *B. Mariae V.* consecratum tantum, a sinistris altare *S. Nicolai* confirmatum.

5) Capellae hujus patroni SS. Apostoli *Philippus et Jacobus.* Ibidem altare *B. Mariae V.* consecratum tantum. *Hammen* in donatione *Icbae de Rorheim* anno XV. *Karoli* regis jam occurrit. *Cod. Laurish. T. I. p. 292. Hammeimer marca. Tom. II. p. 213. sq. Hammer marca* ibid. in *Hammo p. 315.* Conf. *p. 343. et Tom. III. p. 197.*

6) Duae hic Ecclesiae sunt parochiales. unam inferiorem sub tit. *B. Mariae V.* ex jure patronatus contulere olim Decanus et Capitulum Ecclesiae *Sancti Widonis* spirensis, qui anno dein MCCCXXXIIII. jus suum transtulere in Decanum et Capitulum Ecclesiae Majoris Moguntinae. Id innuunt chartae, quae

mox

mox sequuntur. In eadem a sinistris altare *S. Catharinae* Primissaria confirmata. Ibidem altare *S. Salvatoris* confirmatum.

Aliam Ecclesiam *S. Bonifacij* Domini Neuhusenses conferunt. Ibidem altare *S. Nicolai* stipendiatum.

Alsheim memoratur in Donatione *Brunonis* ad *S. Nazarium* Anno XXV. *Karoli* Regis. *Cod. Lauresh. T. II. pag. 213. Alesheim* in Largitione *Karoli* an. 884. *T. I. p. 84. T. III. p. 211. Alebesheim ibid. p. 201.*

In Nomine Domini Amen. Nos *Ebirhardus* Decanus totumque capitulum ecclesie *sancti Widonis spirensis* recognoscimus et ad omnium quorum interest aut' inter erit noticiam ducimus per presentes, quod cum venerabiles Viri Dni Decanus et Capitulum ecclesie Mog. multa bona et commoda sepius a retro actis temporibus dicte ecclesie sancti *Wydonis* ejusque personis favorabiliter atque utiliter impendissent, nos quoque eisdem Decano et Capitulo ecclesie Mog. et eorum eclesie Mogunt. tamquam ex hijs benemeritis intendentes liberalitatem similiter nostram facere specialem, igitur auctoritate voluntate et expresso consensu Reverendo in Christo Patris ac Domini nostri Dni *Walrami* electi confirmati ecclesie spirensis et ex sua certa sciencia multis ac sepius desuper iteratis tractatibus ad donacionem et liberalitatem subscriptam pure et simpliciter devenimus in eaque nostra resedit intencio unanimis atque concors, Donamus siquidem memoratis Dominis Decano et Capitulo Mogunt. eorumque ecclesie pretacte jus patronatus ecclesie parochialis ville *Alsheim* juxta

ta villam *Guntbersblumen* ſite nec non eam par-
tem decime quam in eadem villa *Alsbeim* et ejus ter-
minis huc uſque habuimus tenuimus et poſſedimus
pacifice et quiete cum eorum juribus univerſis,
quod jus patronatus et que pars decime uſque ad
preſencia tempora et ab antiquo ad nos et eccleſiam
ſancti *Wydonis* predictam pertinuerat pleno jure
excepta tamen in donatione premiſſa parte deci-
me ibidem que ad prebendam ſacerdotalem in
eccleſia noſtra predicta inſtitutam pertinet, quam
Conradus dictus *Eyswert* presbiter nunc tenet et
poſſidet, que ad nos non dinoſcitur pertinere trans-
ferentes ex nunc irrevocabiliter inter vivos in
eosdem Dnos Decanum et Capitulum et ipſam ec-
cleſiam Moguntinam memoratum jus patronatus
cum ipſa parte decime ad nos pertinentis et ip-
ſorum poſſeſſionem vel quaſi ad tenendum et ha-
bendum per eosdem in perpetuum pacifice et quie-
te promittentes bona fide nos et eandem eccleſiam
noſtram pro nobis et noſtris ſucceſſoribus univer-
ſis contra premiſſa vel eorum aliqua vel aliquid
ullis umquam temporibus nequaquam venire vel
contra eadem facere per nos vel per alios vel alium
aliqua cauſa vel ingenio ymo eciam ipſos Decanum
et Capitulum Mogunt. et dictam eorum eccleſiam
ſuper premiſſis donatis noſtris expenſis per annum
et diem juxta terre conſuetudinem generalem de-
fendere contra quoscunque a quibus forſan impeti
ipſos ſuper eis contingeret quovis modo ipſis in
premiſſis ſolempni ſtipulatione premiſſa de evi-
ctione per hanc noſtram literam caventes renun-

cian-

ciantes nichilominus quo ad premissa omnia pro nobis ecclesia nostra et nostris successoribus universis beneficio restitucionis in integrum literis et privilegijs a sede Apostolica vel Romanis Imperatoribus vel Regibus aut quacumque alia auctoritate nobis et eidem ecclesie nostre concessis ac eciam impetratis vel impetrandis ac omni juris auxilio canonici et civilis consuetudinis vel statuti quibus contra premissam donacionem vel ejus formam vel aliquid premissorum venire vel facere possemus in judicio vel extra publice vel occulte dolo vel fraude in hijs omnibus penitus circumscriptis. In quorum omnium evidenciam et robur perpetuum dedimus dictis Dominis Decano et Capitulo ecclesie Mogunt. eorumque successoribus et eidem ecclesie Mog. has literas sigillorum reverendi in christo Patris Dni nostri D. *Walrami* electi confirmati ecclesie spirensis predicti et nostrorum *Ebirhardi* Decani et Capituli ecclesie nostre sancti *Widonis* prefate munimine roboratas, Nos quoque *Walramus* Dei et Apostolice sedis gracia electus confirmatus ecclesie spirensis predictus quia inquisicione debita per nos facta invenimus donacionem predictam et omnia premissa ex eadem facta ex causis racionabilibus et legitimis canonice processisse et facta esse eidem donacioni et premissis omnibus auctoritatem et consensum nostrum expressum ut pretangitur adhibuimus et in Dei nomine presentibus adhibemus et ipsa omnia prout facta sunt auctoritate ordinaria confirmamus testimonio literarum presencium nostri sigilli pontificalis

calis

calis robore ſignatarum. Actum et Datum Anno Dni MCCCXXXIIII. feria quarta poſt Dominicam qua cantatur *Quaſimodogeniti* proxima.

In nomine Dni Amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum pateat univerſis quod Anno a Nativitate ejusdem Dni milleſimo trecenteſimo treceſimo quarto XIII. Kalendas Maji id eſt feria tercia proxima poſt Dominicam qua *jubilate* cantabatur que fuit decima nona dies menſis aprilis indiccione ſecunda pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Dni noſtri D. *johannis* Divina providencia Pape *viceſimi ſceundi* Anno ejus decimo octavo hora diei quaſi ſexta in villa *Alsheim* prope *Guntherſblumen* Wormat. dioc. in domo dicta ſpilhus ubi ſcultetus et ſcabini ejusdem ville *Alsheim* judicio ſolent praeſidere congregati et convocati ibidem in loco predicto viris diſcretis *Wilando* ſculteto *Herburdo* dicto *Gudelman Hennekino* dicto *Walther Petro* fratre ſuo *johanne* barbitonſor *Heilmanno* dicto *Cleinſchuch Nicolao* dicto *Berteln*, *Heynone* dicto *Smed*, *Petro* dicto *Dumeln Petro* dicto *Arnolt Heinrico* barbitonſor et *Theoderico* dicto *Effiln* ſcabinis dicte ville *Alsheim*, conſtitutus ibidem honorabilis vir Dnus *Merckelinus* dictus *Brecher* canonicus eccleſie ſancti *Wydonis* ſpirenſis procurator honorabilium virorum Dnorum Decani et capituli eccleſie ſue Sti *Wydonis* ſupradicte habens procuratorium ſeu mandatum ſpeciale ad infra ſcripta faciendum in vulgari ſcriptum et ſigillo oblongo eorundem Dominorum Decani et capituli eccleſie

ſancti

ſancti *Wydonis* ſpirenſis prout prima facie apparebat in preſſula pendente ſigillatum quod in medium ibidem produxit et de verbo ad verbum legit, cujus tenor talis eſt: Wir *Eberhart* der Dechant und daz capitel gemeynlich des ſtiftes zu *ſante Wyden* zu *ſpire* verjehen und dun kunt allen den die dieſen brieff ummer ane ſehent oder horent leſen daz wir vor uns und unſern ſtift den vorgenanten dem erbern manne *Merklin* genant *Brecher* unſerm concanonicus gewalt gegeben hant und befolhen und befelhent an dyeſem briefe, daz er unſern Kirchenſatz in dem dorffe zu *Alsheim* by *Guntbersblumen* und den zehenden den wir da hant mit allen den rechten die dar zu horent und als wir ſie von alter beſeſſen und inne gehabet haben off gebe und antworte den erwirdigen luden dem Dechan dem capittel und deme ſtiffte zu *Mentze* in dem dorffe und an dem gerichte zu *Alsheim* und an allen anderen ſteden wo ſie iz forderent und wie ſie ez dorfent und off den vorgenanten Kirchſatz zehenden und waz darzu horet von unſern und unſers ſtiftes wegen zu verzihende und anders alles darzu zetunde daz wir ſelber getun mochten obe wir geinwortig weren und globen an dieſem geinwortigen briefe allez daz ſtede zu halten und unverbruchlich waz er von unſer unſers ſtiftes wegen dut an dieſen vorgeſchriben dingen und hant des zu eyme orkunde unſers capittels ingeſiegel gehenket an dieſen brieff der wart geben da man zalte nach gots geburte druzehen hundert jare und in dem vier und

driſſi-

drissigesten jare an dem sundage so man singet *Misericordia Domini.* Virtute cujus quidem procuratorij *Merkelinus* procurator predictus procuratorio nomine Dominorum predictorum suorum ac ipsorum ecclesia predicta et pro ipsius jus patronatus sive collacionem parrochialis ecclesie parochie inferioris in eadem villa *Alsheim* ac eam partem decime quam in jam dicta villa *Alsheim* et ejus terminis hucusque habuerunt tenuerunt et possiderunt pacifice et quiete nec non omnia et singula jura et proprietates que et quas hactenus habere dinoscebantur in jure patronatus et in parte decime supradicte venerabilibus viris Dnis Decano et capitulo ecclesie Mog. vel saltem viro discreto et honesto Domino *Hermanno* dicto *de Glad* vicario et Camerario ejusdem ecclesie Mog. ad infra scripta specialiter destinato nomine eorundem Dominorum suorum et pro ipsis recipiente sive suscipiente certis et racionabilibus causis prefatos Dnos Decanum et Capitulum ecclesie sancti *Widonis* predicte ac ipsum *Merkelinum* procuratorem et procuratorio nomine eorundem ad hoc moventibus pure simpliciter et de plano cessit dedit tradidit atque donavit perfecta et irrevocabili donacione inter vivos ac in eosdem Dnos Decanum et Capitulum ecclesie Mog. ac in prefatum Dominum *Hermannum* Camerarium et Officiatum eorundem ipsorum nomine omni jure modo et forma quibus melius valere potuit atque debuit potest atque debet pleno jure transtulit nec non eidem Dno *Hermanno* Camerario nomine ut supra ibidem coram

prenominatis sculteto et scabinis meque Notario publico subscripto et testibus infra scriptis publice et expresse resignavit nichil quoque sibi aut Dominis Decano et Capitulo ecclesie sancti *Wydonis* Dominis suis predictis in predictis collacione parochie seu juris patronatus ac parte decime nec non jurium eorundem juris seu utilitatis penitus reservando. Promisit eciam idem *Merkelinus* procurator et procuratorio nomine quo supra per fidem suam loco et nomine juramenti corporaliter prestitam se et Dnos suos predictos cessionem donacionem tradicionem et resignacionem predictas revocare non velle nec debere ullo umquam tempore easque fecisse fraude et dolo penitus circumscriptis. Insuper renunciavit idem *Merkelinus* procurator et procuratorio nomine quo supra omnibus jure et privilegio quibus publice vel occulte in judicio vel extra judicium per se vel per alium seu alios predictos cessionem donacionem tradicionem resignacionem et translacionem quomodolibet possent infirmari quibus omnibus et singulis premissis factis ut premittitur et peractis memoratus Dnus *Hermannus* camerarius et Officiatus Dnorum Decani et Capituli ecclesie Mog. sepedictorum nomine eorundem, et pro ipsis dedit atque tradidit unum aureum denarium magnum sive grossum dictum *Regal* ad manus *Wilandi* sculteti supradicti suo et scabinorum ville *Alsheim* supradicto nomine in testimonium omnium premissorum. Acta sunt hec omnia et singula premissa anno Dni mense indiccione pontificatu die hora et loco supradictis presentibus et circumstantibus hono-

no-

norabilibus viris Dominis *johanne* de *Bilstein* canonico ecclesie coloniensis et *Ebirhardo* dicto *strumpel* canonico ecclesie sancti *stephani* Mog. nec non viris discretis et honestis Dominis *Heylmanno* pincerna et *Heylone* de *Oppinheym* magistro presenciarum in ecclesia Maguntina memorata *Berone* plebano ac *johanne* primissario in villa *Alsheim* sepedicta *Syfrido* dicto *cla johanne* dicto *Ezselinger* ac *Conrado* ejus fratre armigeris *johanne* de *Brunswig* clerico Wormac. nec non *Heinrico* clerico honor. viri Dni *johannis* de *Treveris* canonici ecclesie Mog. et quam pluribus alijs fide dignis ad premissa vocatis pro testibus specialiter et rogatis. Et ego *Heinricus* de *Franckenford* sancte Mog. sedis juratus ac imperiali auctoritate publicus notarius quia cessioni donacioni resignacioni translacioni fidei promissioni ac aureis donacioni premissisque omnibus et singulis prout per me supra scripta sunt una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi ideo hoc presens publicum instrumentum exinde confeci meoque signo solito et consueto signavi rogatus diligenter et requisitus.

Judices Curie Wormaciensis recognoscimus tenore presencium literarum et constare cupimus universis tam presentibus quam futuris inspectoribus earundem quod in presencia *johannis* dicti de *Brunswing* clerici per nos ad infra scripta audienda specialiter transmissi qui eciam nobis hujusmodi prout sunt subscripta in juramentum

ſuum referebat conſtitutus coram ſculteto et ſcabinis ſecularis judicij ville *Alsheim* in domo dicta ſpilhus ubi in eadem villa judicio ſolent preſedere diſcretus vir *Merkelinus* dictus *Brechter* Canonicus eccleſie ſancti *Widonis* predicte ſpirenſis procurator honorabilium virorum Dominorum Decani et capituli eccleſie *ſancti Widonis* predicte habens ad hoc ſpeciale mandatum ſub ſigillo eccleſie ſancti *Widonis* predicte procuratorio nomine et pro ipſis Dominis jus patronatus ſive collacionem parochialis eccleſie parochie inferioris in eadem villa *Alsheim* ac omnia et ſingula jura et proprietates que et quas hactenus dinoſcebantur in majori decima in villa et terminis ipſius ville *Alsheim* predicte venerabilibus viris Dnis Decano et Capitulo eccleſie Mog. vel ſaltem *Hermanno* camerario vicario ejusdem eccleſie eorum officiato ipſorum nomine et pro ipſis recipienti certis racionabilibus cauſis ipſum *Merkelinum* procuratorem ac Dominos ſuos Decanum et Capitulum eccleſie ſancti *Widonis* predictos inducentibus pure ſimpliciter et de plano ceſſit et donavit omni jure modo et forma quibus melius valere potuit atque debuit poteſt atque debet donacione irrevocabili inter vivos facta et perfecta nichil ſibi vel predictis Dominis ſuis Decano et Capitulo eccleſie *S. Widonis* in predictis collacione parochie ſeu decima juris ſeu utilitatis penitus reſervando preſtitit quoque idem *Merkelinus* procurator nomine quo ſupra fidem ſuam loco et nomine juramenti ſe et Dominos ſuos predictos dictas ceſſionem et donacionem revocare non vel-

le

le nec debere easque fecisse sine fraude qualibet atque dolo, renunciavit nichilominus idem *Merkelinus* procurator procuratorio nomine ut supra generaliter omnibus jure et privilegio quibus publice vel occulte in judicio vel extra judicium per se vel per alium predictas cessionem et donacionem quomodolibet possent infirmare. Idem eciam *Hermannus* Camerarius nomine dictorum Dominorum Decani et Capituli ecclesie Mogunt. tradidit unum florenum magnum dictum Regal in testimonium super premissis cessione et donacione sculteto et scabinis supradictis. In quorum testimonium robur et evidenciam ampliorem nos judices predicti sigillum dicte curie Wormaciensis presentibus duximus appendendum. Actum anno Domini MCCC XXXIIII°. XII. Kalend. Maji. presentibus discretis viris *Bernone* plebano in *Alsheim johanne* dicto *Cle* primissario ibidem *Sifrido* dicto *Gla johanne* dicto *Elsezer Conrado* fratre suo armigeris *Wilando* sculteto *Herbordo Gudelman Henkino Walther Petro* fratre suo *johanne* Barbitonsore *Heilmanno Cleinschug Nycolao Berteln Heintzone* dicto *Smit Petro* dicto *Dumeln Petro Arnolt Heinrico* Barbitonsore et *Theoderico* dicto *effeln* Scabinis dicte ville *Alsheim* et quam pluribus alijs fide dignis ad premissa rogatis.

7) *Gimminesheim* in pago Wormat. compellatur. *Cod. Lauresh. T. II. pag.* 211. *Gimminheimer marca. p.* 249. *Gimminisheimer marca.* ibid. Ecclesiae parochialis patronus est *S. Mauritius. Wilhelmus Bonn* ad eandem praesentat. Ibidem altare *B. Mariae V.* Primissaria ad quam nominat Pastor.

8) Patronus Ecclesiae parochialis est *S. Victor.* An. MCCXXXVII. *Landolfus* Episcopus Wormatiensis has dedit litteras = cum capitulum nostrae Ecclesiae universa bona in *Guntersblum* una cum jure patronatus, quae quondam fuerant Xanctensis Ecclesiae ab ipsa Xanctensi Ecclesia legitime comparaverit, nos, inspecta tenuitate praebendarum Fratrum Ecclesiae nostrae . . . fructus ad parochiam in *Guntersblum* spectantes in decimis et aliis ad praebendarum suarum indulsimus meliorationem.

Consensum desuper dedit praeter *Godefridum* Ecclesiae Collegiatae Xanctensis praepositum etiam coloniensis Archiepiscopus Xanctensium Ordinarius. An. MCCCLXXXIII. *joannes* armiger de *Odernbeim* fundavit in parochiali Ecclesia Primissariam cum consensu *Echardi* Worm. Episcopi et Capituli Majoris *Schannat. l. c. p.* 24.

Ibidem ante chorum altare *B. M. V.* dotatum, confirmatum, habet residentem. a sinistris altare *S. Nicolai* consecratum tantum. a dextris altare *S. Michaelis* et *S. Margarethae* consecratum tantum. Extra villam capella *S. Crucis* confirmata habet residentem. Item aliam capellam *S. Julianae* annexam plebaniae.

9) Patroni Ecclesiae parochialis sunt *S. Maria Magdalena* et *S. Jacobus Major.* Ad eandem praesentant nobiles de *Hirsshorn. Walaheim* marca in pago Wormat. an. XI. *Karoli* Regis memoratur in *Cod. Laurish. Tom. II. p.* 165. *T. III. p.* 211. *Waleheim.*

10) *Rudolfesheim. Cod. Laurish. T. primo pag.* 292. *T. II. p.* 283. *Rudolfesheimer marca p.* 313. *sq. T. III. p.* 192. *Hruodolfesheim Schannat Trad. Fuld. n.* 77. Patronus Ecclesiae parochialis *S. Vitus.* Ad eandem praesentant Domini Collegij *S. Catharinae* in *Oppenheim.*

11)

11) Ecclesiae parochialis patronus est *S. Bonifacius.* Dominus Eberbacensis habet jus patronatus et regitur per fratrem Ordinis. Ibidem altare *B. Mariae V.* confirmatum, ad quod praesentat Abbas praefatus. Ibidem in villa extat capella *S. Nicolai* dicta clausa et ibi est domus Brigidarum incorporata monasterio *Eberbacensi. Dinenheim* quam saepissime nominatur in *Cod. Laurisb. Tom. I. p. 28. Dinenheimer marca p. 34.* confer. *pag. 108. 196. etc. Tom. II. p. 175. etc.* apud *Schannat Tradit. Fuld. n. 7. Deinenheim.* villa Regia *Dinenheim n. 90. Tienenheim n. 132. 180. Teinenheim n. 113. 130. 221. etc.*

12) An. 774. *Carolus M.* villam *Obbenheim* sitam in pago Wormatiense super fluvium *Rhenum* cum omnibus adjacentijs et appenditijs *S. Nazario* in *Lauresham* tradidit. *Cod. Laurisb. T. I. p. 19. vid. p. 250. 297. etc.* Ecclesiae parochialis patronus est *S. Sebastianus*, ad eandem praesentant Domini *S. Catharinae.* Ibidem a sinistris altare *S. Dorotheae* confirmatum, habet domum et residentem. Ibidem altare *B. M. V.* confirmatum. ante chorum altare *S. Crucis* confirmatum; a dextris altare *S. Michaelis* confirmatum, habet domum. Ibidem altare *S. Petri* confirmatum, habet domum et residentem. Item altare *omnium sanctorum* confirmatum. Item altare *S. Agnetis.* Item altare *S. Barbarae* confirmatum, habet domum et residentem. In civitate cappella *S. Annae* confirmata habet domum. Extra oppidum in leprosorio capella *S. Nicolai* confirmata. Intra hoc oppidum sunt limites Dioecesis Moguntinae et Wormatiensis. vid. *Dioeces. Mog. in Archidiaconatus distincta Tom. I. p. 369.* et seq.

13) Duae hic Ecclesiae parochiales, Una sub patrocinio sancti *Martini* quam confert Collegium *Neubusense.* In eadem altare *B. Mariae V.* dotatum. Alte-

ra eſt ſub patrocinio *S. Nazarij*. Collegiata *S. Gangolffi* Mogunt. ad eandem praeſentat. Ibidem a dextris altare *S. Jodici* confirmatum, habet domum et reſidentem, a ſiniſtris altare *S. Michaelis* confirmatum habet domum et reſidentem. *Ulfretesheim* in chartis Laurisheimenſibus compellatur. *Ulfrietesheim* in *Tradit. Fuld. n.* 139. conf. *Cod. Laurish. T. II. p.* 275. *p.* 40. *etc. T. III. p.* 210.

14) *Winolfesheim. Cod Laurish. Tom. I. p.* 347. *Tom. II. p.* 342. Eccleſiae parochialis patronus eſt *S. Petrus*. Jus patronatus penes capitulum Eccleſiae Majoris Wormat. teſte charta: *Wernherus* de *Polandia* Imperialis aulae Dapifer . . . . . jus patronatus Eccleſiae in *Winoldesheim* . . cum omni jure, quo ipſum jus poſſedimus accedente conſenſu filiorum et omnium hoeredum noſtrorum canonicis et fratribus Majoris Eccleſiae Wormatienſis Deo et *ſancto Petro* in eadem Eccleſia famulantibus liberaliter contulimus perpetualiter poſſidendum, ita quod ipſi Canonici in eadem eccleſia videlicet *Winoldesheim* certum locent vicarium et quidquid ſuper praebendam ejusdem Vicarij reſiduum fuerit, ipſi ſibi retineant in ſuarum ſubſidium praebendarum . . . An. MCCLVII. acceſſit *Eberhardi* Epiſcopi ratihabitio an. MCCLIX. *Schannat* in ſaepe cit. *hiſt. Worm. p.* 57. a dextris altare *S. Michaelis* confirmatum, habet domum et reſidentem. a ſiniſtris altare *B. M. V.* confirmatum, habet domum et reſidentem. Item in ſacriſtia altare *S. Catharinae* confirmatum.

15) In *Cod. Laurish. Tom. II. p.* 59. in donatione *Rangwichi* dicitur *Dulgabesheim*. alibi *Dulginsheim*. Eccleſia parochialis nacta patronum *S. Bonifacium* incorporata eſt monaſtrio Eberbacenſi et regitur per fratrem ordinis. Ibidem altare *B. Mariae V.* dotatum. Item altare *S. Crucis* conſecratum tantum.

16)

16) Ecclesiae parochialis patronus est S. *Martinus*, ad eandem praesentat Abbatissa in *Valle Rosarum*. Ibidem altare B. M. V. confirmatum, habet domum, non residentem, Domina praefata ejusdem patrona est.

17) Chartae *Laurisheimenses* habent *Durincheim Tom. II. p. 72, sq. Thurincheim p. 252.* etc. *S. Cyriacus* Ecclesiae parochialis est patronus et ad eam praesentat Abbatissa in *Nonnen Münster*. Huic monasterio redditus ab hac Ecclesia provenientes *Salmannus* Worm. Episcopus an. MCCCXLIII. univit. Ibidem capella *S. Georgij* dotata.

18) Audit in chartis antiquioribus *Wintresheim*, *Winterisheim etc. Cod. Laurisb. T. II. p. 56.* etc. Ecclesiae parochiali data est patrona *B. Maria virgo*. jus patronatus habent armigeri de *Stetten*. Ibidem altare *SS. Annae* et *Albani* confirmatum habet domum et residentem.

19) *Imbsheim* plerumque *Eimsheim* patronum Ecclesiae parochialis veneratur *S Pirminium*. Ad eandem uti et ad altare *S. Nicolai* ibidem confirmatum praesentant Domini Majoris Ecclesiae Wormatiensis.

SEDES WESTHOFFEN *SIVE* DALSSHEIM. CUM PAROCHIJS, FILIABUS ET CAPELLIS.

Hernsſheim. a)
Rhein. Dürckheim. b)
Oſthoffen. c)
Weſthoffen. d)
Guntersheim. e)

 Enſs-

Enſsheim filia· f)
Eppelſsheim. g)
Hangenden Weiſsheim. h)
Flomborn. i)
Bledesheim. k)
Dienteſsheim. l)
Eſselborn. m)
Herren-Flersheim. n)
Mulſsheim. o)
Wachenheim. p)
Wachenheim uff der prümm. q)
Dalsheim. r)
Niederflersheim. s)
Bermersheim. t)
Guntheim. u)
Mergſtadt. x)
Abenheim. y)

a) *Hernsheim* alias *Herlesheim* Eccleſiae parochialis patronum colit *S. Petrum* Apoſtolum. Domini Neuhuſenſes jus patronatus habent. Ibidem a dextris altare *S. Urſulae* Primiſſaria confirmata habet domum et reſidentem. Item altare *S. Nicolai* confirmatum habet domum et reſidentem. Ibidem ante chorum altare *S. Catharinae* confirmatum habet domum et reſidentem. a ſiniſtris altare *B. Mariae V.* confirmatum habet domum et reſidentem. Horum altarium patroni ſunt Dalburgenſes. De altari *S. Nicolai* loquitur charta *Reinhardi* Epiſcopi Wormatienſis de an. MCCCCXL. quod *Ditherus* Camerarius armiger cupiens pro augmentacione divini cultus juxta ſpeciale deſiderium et voluntatem quondam *Gudae* matris ſuae . . . . quoddam perpetuum ſacerdotale beneficium in altari *S. Nicolai* confeſſoris ſiti in Ec-
cleſia

clesia parochiali in *Herlesheim* de consensu et voluntate Decani et Capituli *S. Cyriaci* in *Nubusen* collatorum dictae parochialis Ecclesiae . . instituit ac dotavit.

b) Ecclesiae parochialis patrona est *B. Maria V.* Ejusdem collatores sunt Domini sancti *Andreae* Wormatienses. Ibidem altare non consecratum. An. MCCL XXXI. Capitulum *S. Andreae* jus patronatus hujus Ecclesiae acquisivit teste charta *Friderici* Wormatiensis Episcopi, qua voluit constare universis, quod *Fridericus* de *Meckenheim* miles, qui duas partes Decimae . . . in *Rein Dürckheim* cum jure patronatus Ecclesiae ibidem in feodum sibi concessa a *Friderico* et *Emichone* de *Leiningen* comitibus tanquam minor Vasallus habuit . . . de eorum consensu ex causa venditionis in Capitulum *S. Andreae* Wormat. transtulit, accedente ejusdem Episcopi plenario consensu.

c) Sancto *Remigio* Ecclesia parochialis est dica. jus praesentandi ad eandem pertinuit olim ad Abbatem et Conventum Monasterij in *Hornbach*, ut constat ex litteris *Henrici* Episcopi Wormat. super incorporatione emanatis an. MCCXXX. Id tandem acquisitum fuit a Capitulo Majori Wormatiensi. Ibidem a dextris altare *S. Agnetis* confirmatum, habet domum et residentem. In Capella *S. Catharinae* altare confirmatum habet domum et residentem. Item altare *S. Thomae* Apostoli confirmatum habet domum et residentem. Ibidem ante chorum altare *S. Nicolai* confirmatum habet domum et residentem. a sinistris altare *S. Annae* consecratum tantum. In villa capella *S. Pirminij* est annexa duobus altaribus. In eandem villa capella *S. joannis* Dominorum *de Rhodis*. de *Ostowa* vid. supra §. II. n. 3.

d) Patroni Ecclesiae parochialis sunt SS. Apostoli *Petrus et Paulus.* jus patronatus ex liberali concessione *Ruperti* et *Henrici* comitum *Hirsutorum* obtinuit capitulum Majoris Ecclesiae Wormatiensis ut discimus e litteris *Eberhardi* Abbatis et conventus monasterij *Wissenbergensis* ord. *S. Benedicti*, queis recognoscunt donationem juris patr. praedictam bene et cum consensu eorum esse factam. Datae sunt an. MCCCL. in vigilia *beati jacobi* Apostoli. *Schannat hist. Worm. p. 59.* Ibidem a dextris altare *S. Catharinae*, stipendium. Item altare *S. jacobi*, stipendium. Ibidem a sinistris altare *S. Crucis* confirmatum habet domum et residentem. Item altare *B. M. V.* confirmatum. In coemiterio capella *S. Michaelis* confirmata.

e) *Guntirsheim* marca in Donatione *Rootgardis* et *Theodonis* anno primo Regiminis *Karoli* facta memoratur in *Cod. Laurisb. T. II. p. 39.* Ecclesiae parochialis patronus est *S. Remigius.* Abbatissa *de Sion* ad eam praesentat. Ibidem a dextris altare *S. Margarethae* confirmatum habet domum et residentem. a sinistris altare *S. Crucis* confirmatum habet domum et residentem. Item altare non consecratum annexum capellae in *Ensheim.*

f) Capellae patronus est *S. Cyriacus.* Hic habetur sacramentum Eucharistiae et sepultura.

g) Anno. *Karoli* XV. XVII. XXII. bona in *Ebbelisheim* (Ebbelesheim, Eblisheim) donata sunt *S. Nazario. Cod. Laur esh. T. II. p. 33.* Ecclesiae parochiali datus est patronus *S. Martinus* Collatores sunt Domini Majoris Ecclesiae Worm. Ibidem altare *B. Mariae V.* confirmatum, habet domum et residentem. a sinistris altare *S. Nicolai* confirmatum, habet domum et residentem.

h) Ecclesia parochialis patronam colit *S. Walpurgem*, collatores parochiae sunt Domini Majoris Wormat.

Ibi-

Ibidem a dextris altare *S. Catharinae* in capella confirmatum, habet domum et residentem. a sinistris altare *B. Mariae V.* confirmatum habet domum et residentem. In villa extat capella *joannitarum de Rhodis.*

i) Hujus Ecclesiae parochialis patronus est *S. Udalricus*, ad quam praesentant Domini Majoris Ecclesiae Wormat. et regitur per commendarium. Ibidem altare *S. Margarethae* confirmatum. Item altare *B. M. V.* stipendium Ecclesiae parochiali annexum, sic tamen quod plebanus debet habere capellanum.

k) *S. Laurentio* Ecclesia parochialis sacra et penes Dominos Majoris Wormat. jus patronatus est.

l) Patronus Ecclesiae parochialis est *S. Petrus* et Praepositus Majoris Wormat. habet jus praesentandi ad illam, quae regitur per Commendarium.

m) In Documentis super traditionibus monasterio *Laurisheimensi* sub *Karolo M.* factis vocatur *Escilebrunnen*, *Escilebrunnir marca. Cod. Laurisb. Tom. II. p. 49. Esgilenbrunnen T. III. p. 188.* Scribitur etiam *Aschenbrunnen*, *Aschibrun*, *Haschinbrune* etc. Ecclesiae parochialis patronus est *S. Petrus*, et ad eam praesentat Armiger dictus *Brenner* de *Löwenstein.* Ibidem altare *B. M. V.* confirmatum. In sacristia altare *S. jacobi* consecratum tantum.

n) Ecclesia parochialis patronos veneratur *SS. Petrum* et *Paulum.* Commendator ordinis *Teuthonicorum* in *Marburg* est pastor, parochia regitur per fratrem Ordinis. Ibidem altare *S. joannis Baptistae.* In sacristia altare *S. Michaelis.* Sunt hic tres sacerdotes ordinis praefati. In traditionibus monasterio *Laurisheimensi* factis occurrit sub nomine *Flaridesheim.* vid. *Cod. Laurisheim. Tom. II. p. 121.*

o)

o) Patronus Ecclesiae parochialis est *S. Aegidius*, ad eandem praesentat Abbas *Hornbacensis*. Ibidem a dextris altare *S. Crucis* consecratum tantum, a sinistris altare *B. M. V.* confirmatum habet domum et residentem. In villa capella *S. Nicolai* confirmata.

p) Occurrunt in *Codic. Laurisb.* variae donationes in *Wackeheim*, *Waccbenbeim*, *Wacchanbeim*, *Wacchenbeimer marca* An. XIII. *Pipini* Regis An. I. XII. XIIII. *Karoli* Regis facta. vid. *Tom. II. p. 171.* sq. patronus est Abbas *Hornbacensis* qui chorum capellae *S. Nicolai* conservat.

q) Parochiali Ecclesiae assignatus est patronus *S. Remigius.* ad eam praesentant alternis vicibus Abbas Hornbacensis et *joannes* de *Wachenheim* armiger. Ibidem a dextris altare *SS. Antonij* et *Elisabeth* confirmatum habet domum et residentem. Item altare *SS. Nicolai* et *Catharinae* confirmatum habet domum et residentem. a sinistris altare *B. M. V.* confirmatum habet domum et residentem. Ibidem altare exulum non consecratum.

r) In *Cod. Lauresheim. T. II. p. 87. Dagolfesheim.* ibid. *p. 98. 116. Dagolfesheimer marca p. 117. 194.* etc. Ecclesia parochialis patronum habet *SS. Petrum* et *Paulum;* jus patronatus est penes Praepositum Majoris Wormat. Ibidem a dextris altare *SS. jodoci*, *Luciae* et *Otiliae* consecratum tantum. a sinistris altatare *SS. Nicolai* et *Catharinae* dotatum et unitum duobus altaribus infrascriptis. In sacristia altare *S. joannis Baptistae* et *Michaelis* consecratum tantum. In villa capella *B. M. V.* confirmata habet domum et residentem. a dextris altare *S. Crucis* consecratum tantum, a sinistris altare *S. Georgij* habet domum et residentem.

s) Patronus Ecclesiae parochialis est *S. joannes Baptista.* Ad eam praesentant Domini Majoris Ecclesiae Wormat.

mat. Ibidem a dextris altate *S. Georgij* Martyris confirmatum habet domum et residentem. a finistris altare *S. Crucis* confecratum tantum.

t) Donationes Abbatiae *S. Nazarij* factae fub regimine *Karoli* Regis hujus loci meminere. vid. *Cod. Laurisheim. T. I. p.* 292. *T. II. p.* 80. fq. *Bermarsheim T. III. p.* 189. Antiquitatem Ecclefiae *S. Cyriaco* dicatae commendat *Henricus* plebanus in *Birmersheim* teftis adhibitus in charta quadam *Henrici* comitis *Bipontini* de an. MCCLXXXII. Quondam fuit fedis ruralis caput. jus patronatus eft penes Principem Palatinum et regitur parochia per commendarium.

u) In *traditionibus Laurisheim:* faepius occurrit *T. I. p.* 83. 86. fq. *S. Laurentius* Ecclefiae parochialis patronus eft et Univerfitas *Heidelbergenfis* ad eam praefentat. Ibidem altare *SS. Nicolai et Catharinae* confirmatum habet domum et refidentem. a finiftris altare *B. M. V.* confirmatum habet domum et refidentem. In facriftia altare *B. Mariae Magdalenae* confecratum tantum.

x) *Mergenftat*, *Mergiftat*, *Meriftat*, *Merftat*, in traditionibus *Laurisb.* compellatur vid. *T. II. p.* 98. 99. 193. Ecclefiae parochialis patronus eft *S. Cyriacus*, ad eam praefentant Domini *Neubufenfes*. Ibidem altare *B. M. V.* confirmatum. vid. *Cod. Laurisb. T. II. p.* 326.

y) Ecclefiae parochialis *S. Bonifacius* patronus eft. ad eam praefentat *Fridericus de Dalburg* miles. Ibidem ante chorum altare *S. Andreae*. a finiftris altare *S. Catharinae* ftipendium. a dextris altare *B. M. V.* confirmatum. In facriftia altare confecratum tantum. In monte Capella *S. Michaelis*. confer. *Schannat biftor. Wormat. p.* 7.

SE-

SEDES LEININGEN *QUONDAM* BOCKENHEIM. NUMERAT, QUAE SEQUUNTUR, ECCLESIAS PAROCHIALES, FILIALES ET CAPELLAS.

Griesheim. 1)
Monſsheim. 2)
Hohenſultzen. 3)
Uffſtein. 4)
Göſſesheim. 5)
Bockenheim major. 6)
Bockenheim minor. 7)
Rundenheim filia. 8)
ibidem capella. 9)
Bubenheim. 10)
Biſſesheim. 11)
Quirnheim. 12)
Lauttersheim. 13)
Kertzenheim. 14)
Wattenheim. 15)
Ludelnheim filia cum capella. 16)
Eiſſenberg. 17)
Dieffenthal filia cum capella. 18)
Stauff filia cum capella. 19)
Ramoſa filia. 20)
Hettenheim filia cum capella. 21)
Ebersheim. 22)
Rodenbach. 23)
Mertesheim. 24)
Aſelnheim. 25)

Alms-

Almsheim. 26)
Mülheim. 27)
Colgenſtein. 28)
Oberkhum. 29)
Heddesheim. 30)
Grünſtat. 31)
Sauſenheim. 32)
Leiningen. 33)
Sültzen. 34)

1) Patronus Eccleſiae parochialis eſt *S. Petrus* Apoſtolus, ad eam praeſentant Domini Majoris Eccleſiae Wormat. Ibidem a dextris altare *SS. Simonis* et *Judae* conſecratum tantum. a ſiniſtris *B. M. V.* confirmatum.

2) *Mannesheim* in pago Wormat. memorat *Codex Laurisb. T. II. p. 146.* ſq. Sub patrocinio *S. Georgij* eſt parochialis Eccleſia. Collegium Cellenſe ad eam praeſentat. Ibidem a dextris altare *S. Nicolai* confirmatum. in ſacriſtia altare *S. Crucis* conſecratum.

3) Nuncupatur quoque *Ober - Sulzen*, parochialem Eccleſiam habet *S. Mauricio* ſacram, cujus jam an. MCXLI. mentio fit in charta *Buggonis* Epiſcopi Wormatienſis. Jus patronatus Eccleſiae *S. Andreae* Praepoſitus ceſſit uſibus Canonicorum ibidem ut litterae *Conradi* Praepoſiti de an. MCCVIII. fidem faciunt. Anno demum MCCXXI. *Honorij* PP. bulla confirmatoria Unioni juris praememorati a *Lupoldo* Moguntino electo, Wormatienſium Epiſcopo an. MCCXIII. conceſſae adjecta fuit. vid. *Schannat hiſt. Worm. p. 53.* Ibidem in ſacriſtia altare *B. M. V.* confirmatum habet domum et reſidentem. Extat charta de hoc altari an. MCCXC. a Decano et capitulo *S. Andreae* honeſto viro *David* militi *de Sulzen* data. *Schannat l. c.*

4) Ecclesia parochialis patronum habet *S. Martinum*, ad quam praesentant Domini Neuhusenses. Ibidem a dextris altare *B. M. V.* consecratum tantum; a sinistris altare *S. Cyriaci* consecratum tantum. In villa capella *B. M. V.* confirmata.

5) *S. Dionysius* Ecclesiae parochialis patronus est, ad quam praesentat Abbas Otterbergensis.

6) Ecclesia parochialis *S. Lamberto* dicata incorporata est monasterio *Otterbergensi* et regitur per fratrem Ordinis. Ibidem a sinistris altare *S. Crucis* consecratum tantum. Ibidem capella in qua est altare *S. Nicolai* consecrata tantum. a dextris altare *B. M. V.* Primissaria confirmata. extra villam in monte capella *S. Petri* in qua sunt tria altaria. Summum est consecratum in honorem *S. Petri*, est beneficium confirmatum, regitur per commendam. a dextris altare *B. M. V.* confirmatum, a sinistris altare *S. Catharinae* consecratum tantum. In *Codice Laurisheim: T. II. p. 67. Bucchenheim* vocatur. et *p. 114. Buckenheim.*

7) Sub patrono *S. Martino* Ecclesia parochialis incorporata est monasterio Wadgassensi et regitur per fratrem Ordinis. Ibidem a dextris altare *S. Catharinae*; in coemiterio capella *B. M. V.* consecrata.

8) In visitatione commissarius suscipitur in curia Abbatis Wadgassensis.

9) Capella *S. Martini* regitur per fratrem monasterij Wadgassensis.

10) In fundatione Abbatiae in *Arnstein* Dioec. Trevir. Ordinis Praemonstrat: notatur: quod *Buboenheim* in Pago Wormaciensi cum Ecclesia, decimis et hominibus cunctisque redditibus ejus, ita quod nulli saeculari potestati subjaceat ad *Arnsteinenses* pertineat. ab *Hontheim hist. Trevir. Dipl. T. I. p. 576.* ubi Diploma *Hillini* Archiep. Trevir. de anno MCLVI.

pro-

profertur. His addimus aliam *Lupoldi* Wormatiensis Ecclesiae Episcopi notitiam, qua profitetur = Precibus *Herbordi* venerabilis Abbatis in *Arenstein* libenter annuentes, auctoritate, qua fungimur, pro remedio animae nostrae nostrorumque successorum, jam dictae ecclesiae in *Arenstein* una cum assensu et per manum Archidiaconi *Ulrici* (Praepositi Majoris) concedimus, ut ipse Abbas et sui successores donum altaris in ecclesia sua *Bubenheim* ab Archidiacono et suis successoribus recipiat, nec non illic instituendi potestatem de fratribus suis, quem voluerit, Vicarium habeat. . . . Praeterea ipsam ecclesiam ab omni jure Archipresbyteri et Decani emancipamus . . . Anno Domini MCXCVIIII. Tandem *Fridericus* Abbas *Arnsteinensis* An. MCCCCLXXVIII. totum praedium *Bubenheim* simul cum decimis, bonis et juribus etiam patronatus alienavit in favorem Decani et capituli Wormat. Accessit confirmatio *Reinhardi* Episcopi Worm. de eodem die et anno et *Innocentij* VIII. Pontificis an. MCCCCXCI. Ecclesia haec parochialis patronum colit *S. Petrum*, Domini *S. Martini* Worm. eandem conferunt. vid. quoque *Codex Laurisb. T. II. p. 278.*

11) Ecclesiae hujus parochialis in honorem *S. Andreae* erectae antiquitatem demonstrant litterae *Conradi* Episcopi Worm. pro coenobio *Schönaugiensi* datae an. MCLXVIII. in quibus inter testes reperitur *Bertholdus* parochianus in *Bissensheim*. vide *de Gudenus Sylloge p. 26.* jus patronatus est penes collegium Cellense. Ibidem altare *SS. Jacobi*, *Luciae* et *Otiliae* confirmatum.

12) Patrona hujus Ecclesiae parochialis est *B. Maria V.* Praeceptor in *Stephansfeldt* eandem confert. parochia regitur per fratrem Ordinis. Ibidem altare *S. Crucis* et *Catharinae* consecratum tantum. Extra

villam capella *S. Oswaldi* in *Basweiler* dicta consecrata tantum. In *Codice Laurisheim: T. II. p. 8. sq. 144. 145. 158.* sub *Karolo M. et Ludovico Pio* occurrit.

13) *Liutersheim* in *Cod. Laurish. Tom. II. p. 9.* vocatur. Ecclesia parochialis *S. Stephano* sacra est, ad eam praesentat Comes de *Westerburg* septem vicibus et octava vice Armiger de *Lautersheim*. Ibidem altare *SS. Fabiani* et *Sebastiani* consecratum tantum.

14) *S. Petrus* Apostolus Ecclesiae parochialis patronus est, praesentat ad eam Abbatissa in *Rosenthal*. Ibidem altare *SS. Sebastiani* et *Blasij* consecratum. In villa capella *B. Mariae V.* stipendiata. Ibidem altare *SS. Joannis et Pauli* confirmatum Primissaria.

15) *Vadenheim* an. XXXV. *Karoli* Regis in *Codice Laurisheim.* compellatur. Ecclesia parochialis *S. Albano* dicata a Patre in *Hegene* confertur.

16) Ibidem capella *S. Petri* consecrata.

17) *Codex Laurisheim. T. II. p. 128.* suppeditat donationem *Heregisi* in *Isanburch* monasterio *S. Nazarij* factam anno XV. regni *Ludowici* Regis. conf. *Calmet hist. de Lorraine T. II. probat. col. 506.* Parochialis Ecclesiae patronus est *S. Mathaeus*, eandem confert Episcopus Wormatiensis. Ibidem a dextris altare *B. Mariae V.* confirmatum habet domum et residentem. a sinistris altare *S. Crucis* confirmatum. In villa capella *S. Joannis Baptistae*, est de domo Dominorum *de Rhodis*.

18) Capella *B. Mariae V.* confirmata. Ibidem altare *S. Georgij* annexum capellae.

19) In castro capella *S. Nicolai* consecrata tantum.

20) Ibidem monasterium ord. Cisterciensis *Ramsee* vulgariter dictum. Ibidem altare *S. Nicolai* confirmatum.

21) Capella *S. Stephani* incorporata monasterio *Ramosensi.*

22) Ecclesiae parochialis patronus est *S. Stephanus*, Pater in *Hegene* eam confert. Ibidem a dextris altare *B. Mariae V.* consecratum tantum. a sinistris altare *SS. Trinitatis* consecratum tantum.

23) Donatio *Adalmundi* et *Berhtgart* anno XXV. *Karoli* Regis *S. Nazario* facta hujus loci meminit, vid. *Cod. Laurish. T. II. p. 9. S. Brigida* Ecclesiae parochialis patrona est et ad illam praesentat Praepositus Ecclesiae Wormatiensis. Ibidem altare *B. Mariae V.* consecratum tantum.

24) An. 836. *Ludovicus Pius* cum curte *Grundstat* ecclesias duas in *Merteinsheim* et *Vettemberg* Glanderiensi seu Longavillano apud Lotharingos monasterio confirmavit. *Calmet hist. de Loraine T. II. prob. col. 128.* Haec parochialis Ecclesia unita est parochiali in *Grunstat. S. Martinus* patronus est.

25) *Azulenheim* nominatur in donatione *Heregisi S. Nazario* facta. vid. *Cod. Laurish. T. II. p. 53.* Ecclesia parochialis in campis sita patronum habet *S. Stephanum*, ad illam praesentat Abbatissa in *Rosental.* Ibidem altare *B. M. V.* consecratum tantum. In villa capella *S. Elisabeth* stipendiata. Ibidem altare a dextris *SS. Nicolai* et *Sebastiani* consecratum tantum, a sinistris altare *B. M. V.* consecratum tantum.

26) *S. Stephanus* Ecclesiae parochialis patronus colitur; Armigeri de *Lautersheim* ad eam praesentant. Ibidem altare *S. Crucis* stipendiatum.

27) *Mulinheim* in *Cod. Laurisheim. Tom. II. p. 157.* dicitur. Patronus Ecclesiae parochialis est *S. Mathaeus*, praesentat ad eam Abbatissa in *Nonnenmünster.* Ibidem altare *SS. Wolfgangi* et *Valentini* Epp. consecratum tantum. An. MCCCXLIII. Haec Ecclesia

praedicto monasterio a *Salmanno* Wormatiensi Episcopo unita est litteris *Ladenburgi* datis.

28) An. MCCLVI. jus patronatus hujus Ecclesiae *S. Petro* Apostolo dicatae a *Wernero* de *Bolandia* Imperialis aulae Dapifero, *Philippo* de *Falckenstein* fratribus et *Philippo* de *Hohenfels* in Decanum et Capitulum Ecclesiae Wormatiensis translatum est accedente consensu *Eberhardi* Wormatiensis Electi Episcopi, qui universos redditus cum jure patr. Capitulo Majoris univit An. MCCLIX. Ibidem altare *S. Sebastiani* consecratum tantum. In sacristia altare *S. Nicolai* Episcopi consecratum tantum.

29) Capella ibidem *S. Aegidio* sacra, confirmata, habet domum et residentem. Ad eam praesentat Princeps Palatinus Elector, modo *Westerburg*.

30) Capella *S. Stephani* est annexa praefatae capellae *S. Aegidij*. Ibidem capella *B. Mariae V.* incorporata monasterio *Montis S. Disibodi* ord. Cisterc. Ista capella fuit olim coenobium monialium ejusd. ord.

31) De *Grundstat* vid. supra *not.* 24. Hic duae sunt Ecclesiae parochiales una *S. Petri* sub patrocinio ad quam praesentant Dominus de *Reippoltskirchen* et *Friedericus Blick* alternis vicibus. Ibidem in summo altari est beneficium *B. Mariae V.* confirmatum. Ibidem altare *S. Catharinae* et aliud dictum *S. Nicolai*. Item altare *B. M. V.* consecratum tantum. Synodus alternis vicibus celebratur in ambabus Ecclesijs.

32) *Susenheim* compellatur in donationibus *Baldheri*, *Hildrudis*, *Hejonis*, *Hunoldi* et *Irmindrudis* etc. monasterio *S. Nazarij* factis An. XII. XIII. *Karoli* et X. *Ludowici* Imper. Duae hic Ecclesiae parochiales. Unius patronus est *S. Petrus* ad quam praesentat Decanus Majoris Wormat. Ibidem altare *S. Otiliae* consecratum tantum. Alterius Ecclesiae patronus

est

est *S. Stephanus.* Abbatissa et conventus in *Nonnenmünster* jus patr. cesserunt *Richardo* Wormat. Episcopo, qui illud transtulit in Decanum et Capitulum Majoris an. MCCLIX. a dextris altare *S. Crucis*, a sinistris in capella altare *S. Catharinae.*

33) *Linunga* in *Cod. Laurisheim. T. II. p. 168.* filia est ad *Sausenheim*, celebratur tamen hic synodus. Ibidem capella *S. Nicolai* est beneficium confirmatum. Ibidem altare *S. Catharinae* annexum summo altari sive beneficio. In oppido capella *S. Crucis* et aliud altare *B. M. V.* beneficium confirmatum, habet domum et residentem.

34) Ecclesiae parochialis patronus est *S. joannes Baptista.* Domini Neuhusenses ad eam praesentant. Ibidem altare non consecratum. de villa *Hoben*- sive *Ober- Sultzen* quae habet Ecclesiam *S. Mauricio* sacram vid. *Schannat hist. Worm. p. 52. sq.*

SEDES FREINSHEIM.

CUM ECCLESIJS PAROCHIALIBUS, FILIALIBUS ET CAPELLIS.

Bettenberg. a)
Carlebach filia cum capella. b)
Babenheim filia cum capella. c)
Lüselstadt. d)
Weissenheim. e)
Pfeffingen. f)
Ungstein filia cum capella. g)
Kalstat filia cum capella. h)
Erpelsheim. i)
Freinsheim. k)

Dackenheim. l)
Herxheim. m)
Kircheim. n)
Biſſersheim. o)
Mons Haſelbach. p)
Carlebach major filia cum capella. q)
Laumersheim filia cum capella. r)
Gerolzheim. s)
Weiſsheim. t)
Lamsheim. u)

a) *Vettemberg* hod. *Battenberg*. hujus loci jam meminimus §. IV. not. 24. Eccleſia parochialis *S. Martino* dicata eſt, cujus jus patronatus Abbas et conventus Monaſterij Glandavienſis tranſtulerunt in Decanum Majoris Eccleſiae Wormat. litteris an. MCC XXXI. datis. vid. *Schann. hiſt. Worm. p. 10.* Ibidem altare *S. Catharinae* confirmatum.

b) *Carlobach* marca, *Karlebach* in *Codice Laurisheim. T. II. p. 100. et 124.* vocatur. ibi capella *S. Nicolai* confirmata habet domum et reſidentem.

c) Ibidem capella *B. Mariae V.* confirmata habet domum et reſidentem, ad eam praeſentat Decanus Eccleſiae Majoris Wormat.

d) Eccleſiae parochialis patronus eſt *S. Leodegarius*, Pater in *Heyne* ad eam praeſentat. Ibidem altare *S. Catharinae* confirmatum.

e) Parochialis Eccleſia *SS. Joanni et Paulo* Martyribus ſacra eſt. Jus patronatus ejusdem una cum adpertinentibus acquiſivit an. MCCLXXXIII. Capitulum Majoris Eccleſiae Wormat. a *Conrado* milite de *Richenbach* ejusque ex *Wernhero* fratre relictis nepotibus *Joanne*, *Wirico*, *Jacobo* et *Conrado*, aſſentiente Abbate Elwangenſi, a

quo

quo praedictum jus descendebat in feudum. Hanc acquisitionem *Simon* Worm. Episcopus ratam habuit litteris an. MCCLXXXIIII. in die *Dyonisij* Mart. datis. videatur *Schannat hist. Worm. p. 58.* Populus alternis annis hanc visitat Ecclesiam et illam in *Bettenberg*, sic tamen, quod viri isto anno *Bettenberg* et mulieres *Weissenheim*, alio anno mulieres visitent *Bettenberg* et viri *Weissenheim*.

f) *S. Petrus* Ecclesiae parochialis patronus est, Universitas Collegij stipendiati Heidelbergensis ad eam praesentat. Ibidem altare *B. M. V.* et *S. Annae* consecratum tantum. Item altare *S. Valentini* consecratum tantum in sacristia. Ibidem in monte capella *S. Michaelis* confirmata.

g) Capella ibidem *S. Nicolai* confirmata.

h) Ibidem capella *S. Albani* confirmata habet domum et residentem. altare ibi *S. Nicolai* confirmatum, habet domum et residentem. In sacristia altare *S. Sebastiani* consecratum tantum. In campis capella *S. Crucis* confirmata habet domum et residentem. Ibidem altare *S. jodoci* consecratum tantum.

i) Donatio *Gerolfi* in *Erpholfesheimer* marca *S. Nazario* anno XXII. *Karoli* Regis facta recensetur in *Codice Laurish. T. II. p. 137.* pag. seq. occurrunt plures. Ecclesia parochialis *SS. Albano* et *Sylvestro* dicata est, et ad eam praesentat Princeps Palatinus Elector.

k) Ecclesia parochialis *S. Petro* sacra est. jus patronatus una cum proventibus contulerant olim ad Parthenonem in *Enckenbach* Dynastae de *Bolandia*. *Schannat. Hist. Worm. pag. 21.* Dein Abbatissa et Conventus ejusdem Asceterij egestate pressae cunctos redditus, quos ibidem loci habebant una cum jure patronatus alienarunt an. MCCLXXVIII. in favorem Capituli Majoris Ecclesiae Wormat. consentiente *Friderico* Episcopo. Ibidem ante chorum altare *trium*

Regum confirmatum habet domum et residentem. Ibidem a dextris altare *S. Laurentij* confirmatum habet domum et residentem. a sinistris altare *S. Catharinae* confirmatum habet domum et residentem. In sacristia altare *omnium sanctorum* et *S. Michaelis* consecratum tantum. Extra villam in monte capella *B. M. V.* confirmata. Ibidem altare *S. Annae* confirmatum habet domum et residentem. Item altare *S. Erhardi* habet domum et residentem. *Freinsheim* jam memoratur sub *Karolo* M. vid. *Codice Laurisheim*: *Tom. II. p.* 226. et *Tom. I. p.* 469.

l) Patrona Ecclesiae parochialis est *Beatissima virgo*, ad illam praesentant Domini de *Heyne*. Ibidem altare *S. Catharinae* confirmatum, satis bene dotatum. Exstat ibidem Nosocomium, cui an. MCCCCXCII. incorporata fuere bona quaedam feudalia, de quibus investiti eatenus fuerant Nobiles de *Nottbafft*.

m) *S. Jacobus* Ecclesiae parochialis patronus est. Domini de *Heyne* collatores sunt. Ibidem altare *B. M. Virginis* confirmatum.

n) Sub patrocinio *S. Andreae* Apostoli haec parochialis Ecclesia est. Domini de *Heyne* eam conferunt. Ibidem altare *S. Catharinae* confirmatum, habet domum et residentem. Campanaria est annexa beneficio. Extra villam in campis capella *B. M. V.* est Dominorum *S. Joannis de Rhodis*.

o) *SS. Margaretha* et *Blasius* patroni Ecclesiae parochialis sunt. Collatores sunt Domini *de Heyne*. Ibidem altare *S. Catharinae* annexum plebaniae.

p) Ecclesia *S. Cyriaco* dicata est; jus praesentandi ad Abbatissam parthenonis *Nonnen-Münster* pertinet. Plebanus montis *Haselbach* in notitia quadam *Simonis* Episcopi Wormat. An. MCCLXXXVI. inter testes

ſtes occurrit *Bertholdus* et *Jacobus* presbyter ejusdem Montis.

q) Ibidem capella *S. Jacobi*. Summum altare annexum eſt parochiae. Ibidem a dextris altare *S. Catharinae* confirmatum. a ſiniſtris altare *B. M. V.* confirmatum.

r) *S. Bartholomaei* capella ibidem. Summum altare eſt annexum Eccleſiae parochiali. a ſiniſtris altare *S. Georgij* confirmatum, habet domum et reſidentem. Ibidem altare *B. M. V.* confirmatum. ante chorum altare *S. Crucis* confirmatum. a dextris altare *S. Catharinae* confirmatum; ibidem altare *S. Spiritus* confirmatum.

s) Parochialis Eccleſia *S. Leodegario* ſacra eſt. Ibidem altare *B. M. V.* dotatum.

t) Eccleſia *S. Cruci* et *S. Cyriaco* ſacra eſt. Spectabat quondam jus patronatus ejusdem ad Decanum et Capitulum Eccleſiae Majoris Wormat. a quibus an. MCCCLXXIX. una cum proventibus eſt translatum in Eccleſiam Collegiatam *Neuhauſen*. Ibidem a dextris altare *B. M. V.* confirmatum; ante chorum altare *S. Eliſabethae* confirmatum. a ſiniſtris altare *S. Nicolai*.

u) In *Codice Laurisheim: Tom. II. p. 126.* vocatur *Lammundisheim* alibi *Lantmundesheim*. Eccleſiae parochialis patronus eſt *S. Stephanus*. Ibidem a dextris altare *S. Catharinae* annexum parochiae. In chori introitu altare *S. Crucis* confirmatum. a ſiniſtris altare *S. Agathae* confirmatum. In coemiterio capella *B. M. V.* confirmata.

SE-

SEDES NANSTALL.

ECCLESIAE PAROCHIALES CUM FILIALIBUS ET CAPELLIS.

Alſenzenborn. 1)
Enckenbach filia. 2)
Lutrea Imperialis. 3)
Erffenbach. 4)
Nanſtall. 5)
Mittelborn cum capella et filia. 6)
Oberarmbach filia et capella. 7)
Ruppach. 8)
Mülnbach filia cum capella. 9)
Oberlauppach. 10)
Langwaden filia cum capella. 11)
Niederlauppach filia ſine capella. 12)
Mertinſcher filia ſine capella. *)
Armbach. 13)
Walhaben. 14)
Eiſsweiler. 15)
Harbach. 16)
Ban filia cum capella. 17)
Hermesberg filia. 18)
Weſelberg filia.
Linde filia.
Quiddersbach filia.
Kieſsbach pro parte filia.
Krieckenbach filia.
Hockſtem filia.
Asbach. 19)

Driel-

Drielschijdt filia cum capella. 20)
Hilsberg filia cum capella. 21)
Wilstein filia cum capella. 22)
Hochspeyer. 23)

1) Ecclesia parochialis sub patrocinio *S. Viti* est et ad eam praesentat Praepositus Asceterij in *Enckenbach* ord. Praemonstrat. regitur per fratrem ordinis. Ibidem altare *S. Catharinae* dotatum stipendiatum. Ibidem in sylva capella *S. Brigidae* consecrata tantum.

2) Filia Ecclesiae *Alsenzenborn*. Ibidem monasterium ordinis Praemonstratensis, quod plerumque inter illa, quae ad Dioecesin Moguntinam pertinent, recensetur.

3) Patroni Ecclesiae parochialis et monasterij ordinis Praemonstrat. sunt *B. Maria V.* et *S. Martinus*. Oratorium ibi dedicavit in honorem *SS. Petri* Ap. et *Richardis* Imp. *Simon* Episcopus Wormat. an. MCC XCI.

4) Hujus parochialis Ecclesiae patronus est *S. Petrus* et Praepositus Lutrensis ad eam praesentat.

5) Alias *Landstul*. *S. Andreas* Ecclesiae parochialis patronus est, anno pari confert eam Dux *Joannes* de *Bavaria*, sed anno impari comites *de Bitsch*. Ibidem a dextris altare *S. Jodoci* consecratum tantum; a sinistris altare *B. M. V.* confirmatum Primissaria. In oppido ibidem capella *B. Mariae V.*.

6) Capella *S. Verenae* consecrata tantum. Ibidem a dextris altare *S. Nicolai* consecratum tantum.

7) Ibidem nulla Ecclesia. In libro visitationis, quo per decursum usi sumus, notatur: Commissarius sero suscipitur metduodecimus et XIII. equis in dote et inter ejus familiares debet esse miles monoculus, qui

qui habebit aucupem et duos culpares vulgariter ſteiber et duos folteres vulgariter Winde et eſcae debent coqui apud ignem carentem fumo vel ſine fumo, quem ignem dabit fabrica, paſtor vero facit expenſas. Equi debent habere ſtratum uſque ad ventres et pabulum uſque ad aures.

8) *S. Aegidius* Eccleſiae parochialis patronus eſt. *Joannes* Dux *Bavariae* ad eam praeſentat. Ibidem altare *B. M. V.* conſecratum tantum.

9) Capella *B. Mariae Magdalenae* conſecrata tantum.

10) Sub patrocinio *S. Petri* Eccleſia parochialis eſt, ad quam praeſentat Princeps Palatinus Elector. Ibidem a dextris altare *B. M. V.* annexum plebaniae; a ſiniſtris altare *SS. Nicolai* et *Catharinae* confirmatum.

11) Capella *S. Bartholomaei* conſecratum tantum. Ibidem a dextris altare *S. Crucis* conſecratum tantum; a ſiniſtris altare *SS. Otiliae et Sebaſtiani* conſecratum tantum.

12) Pertinet ad matrem *Oberlauppach.*
*) Ad eandem Eccleſiam matricem ſpectat.

13) *S. Joannes Baptiſta* Eccleſiae parochialis patronus eſt; ad eam praeſentat comes *de Naſſau.* Ibidem altare *B. M. V.* conſecratum tantum. Ibidem etiam altare non conſecratum.

14) Eccleſia parochialis patronos ſelegit *omnes Sanctos*, Praepoſitus Lutrenſis eandem confert. Ibidem a dextris altare *B. M. V.* confirmatum, a ſiniſtris altare *S. Stephani* conſecratum tantum. vid. *Schannat hiſt. Wormat. p. 55.*

15) Parochialis Eccleſia patronam habet *S. Margaretham*, ad eandem nominat plebanus in *Zweybrücken.* Ibidem altare *B. M. V.* confirmatum habet domum

et

et residentem; a sinistris altare *SS. Nicolai* et *Michaelis* consecratum tantum.

16) Patronus hujus Ecclesiae parochialis est *S. Petrus*. Princeps Palatinus Elector ad eam nominat duabus vicibus et tertia vice *Wiricus de Lapide Superiori*. Ibidem altare *B. M. V.* confirmatum; a sinistris altare *S. Nicolai* consecratum tantum.

17) Capella *S. Valentini* consecrata tantum. Ibidem altare *B. M. V.* conseeratum tantum.

18) *Hermesberg*, *Weselberg*, *Linde*, *Quiddersbach* sunt curiae sive villae filiales absque ecclesijs. *Kiesbach* pro parte est Dioecesis Metensis.

19) Parochialis Ecclesiae patronus est *S. Blasius*, ad eam praesentant alternis vicibus *Wiricus de Lapide superiori* et *Hans de Flersheim* dictus *Monsheimer*. Ibidem altare *B. M. V.* confirmatum, habet domum et residentem.

20) Capella *S. Crucis* consecrata tantum. Ibidem altare *SS. Sebastiani* et *Georgij* consecratum tantum.

21) Capella *S. Crucis* et *S. Georgij*.

22) Capella *S. Georgij* consecratum tantum.

23) *S. Ciriacus* Ecclesiae parochialis patronus est. Eandem conferunt Domini de *Hegene*. Ibidem altare *S. Crucis* conseeratum tantum. Jus patronatus olim fuerat penes Decanum et Capitulum Ecclesiae collegiatae *S. Pauli* Wormatiensis; verum inita Anno MCCXXII. cum Praeposito et Conventu Monasterij Hegenensis transactione, jus illud simul cum annexis proventibus ipsis cessit. Huc spectabat Oratorium *S. Mariae* in *Fischbach*, quod dein sub an. MCCCCLXXI. in monasterium exerevit.

SE-

SEDES WEINHEIM.

Lampertheim. a)
Schar. b)
Sandhoffen filia. c)
Kefferthal. d)
Walſtat. e)
Feidenheim. f)
Heddesheim. g)
Virnheim. h)
Hohenſachſenheim. i)
Groſſenſachſenheim filia. k)
Lutershauſen. i)
Alzmansweiler filia cum capella. m)
Lützelſachſenheim filia cum capella. n)
Schriezheim. o)
Doſſenheim. p)
Hendſchuchsheim. q)
Neuenheim filia cum capella. r)
Mannheim. s)
Oppartz. t)
Oedickhum filia cum capella. u)
Weinheim. x)
Merlebach. y)
Rumbach.
Waldmichelbach.
Birckenau.
Fürth.
Lindenfels filia.
Schlierbach filia.

Heilig

Heilig creuz ſteinach filia.
Lichtenklingen.

a) *Langobardonheim* compellatur apud *Eccard ſcriptor. Rer. Germ. Tom. II. col. 190.* Eccleſia *S. Andreae* Ap. ſacra eſt. Ejus jus patronatus ſpectabat olim ad Praepoſitum Eccleſiae Colleg. *S. Andreae* Wormat. Verum *Conradus* ea fungens dignitate illud An. MCC XXIII. tranſtulit in Decanum et Capitulum hujus Eccleſiae, a quo demum pervenit ad Cuſtodem ejusdem Collegiatae an. MCCXXVIII. cum conſenſu Epiſcopi Wormatienſis et confirmatione *Gregorij IX.* PP. per bullam an. MCCXXXIIII. datam. Ibidem a dextris altare *SS. Luciae, Otiliae* et *Wendelini* conſecratum tantum; a ſiniſtris altare *B. M. V.* confirmatum habet domum et reſidentem. Hoc altare cum annexa primiſſaria erectum et dotatum an. MCCC XLIX. *Salmannus* Wormat. Epiſcopus confirmaverat, *Henricus* dein ejus Succeſſor An. MDXLVIII. parochiae univit ac incorporavit. Ibidem in campis Curia *Kirſsgardthauſen.* Ibidem capella *S. Gangolphi* incorporata Decanatui Neuhuſenſi. Ibidem in Caſtro *Friderichsburg* altare conſecratum tantum. Proviſum eſt in ſynodali: Commiſſarius ſero ſuſcipitur met. iij. viris, et medius vir eſt ſcholaris, alij dicunt geminus natus et XIII. equis, per aedituum cum manipulo luminum et debet commiſſarium ducere ad hoſpitium et habebit cum ſuis expenſas a nona uſque ad nonas. Equi debent habere ſtratum ad pectoralia et pabulum uſque ad oculos. Commiſſarius et ſui habebunt munda et alba linteamina. . . .

b) *Scharra, Scharren* in Diplomatibus audit antiquioribus, Eccleſiae parochialis *S. Bartholomaeo* dicatae jus patronatus *Otto* et *Agnes* Principes Palatini donarunt Schonaugienſibus an. 1251. vid. *de Gud. Syl-*

Preterea volumus, quod Officiati nostri videlicet Cellarius et Camerarius, qui pro tempore fuerint instituendi, bonos fide jussores constituant, de redditibus rationem justa et vera computatione facienda tempore oportuno et ad hoc deputato; itaque quidcunque facta computatione superest vel erit, sive consistat in blado vel pecunia, infra triduum Decano et Capitulo assignetur, nisi prefatus Decanus et Capitulum Dominorum terminum duxerint prorogandum, et nihilominus omnes fructus et redditus dictorum Officiatorum pro premissis adimplendis sint ecclesie nostre predicte penitus obligati.

Preterea si aliqui Canonici velint vendere fructus prebende sue ex aliqua causa legitima, horum venumdatorem exhibebunt Decano et Capitulo nostre, nomine ecclesie comparandos, qui hujusmodi fructus habere potuerint, si pro eisdem tantum offerre voluerint, quantum extraneus offerret pro eisdem.

Preterea, si permutationes fierent prebendarum, ecclesia nostra habebit fructus illius prebende permutate, ac si Canonicus esset mortuus. Idem juris est in resignatione.

Preterea volumus, ut si quis canonicorum pro remedio anime sue voluerit legare anniversarium generale sue dicte ecclesie, prefata ecclesia nostra te-

teneatur dare annuatim de Canonia unam marcam denariorum pro presentibus deputandam, saltem quando dicto Canonico videbitur expedire, et dicta tunc ecclesia nostra universos fructus ipsius anni integre pro dicta marca retinebit.

Item volumus consuetudines aliarum Ecclesiarum de novo in nostra Ecclesia inducere et observare, statuentes ut quicunque Canonicorum in nostra ecclesia in festis prescriptis sine licentia Decani et majoris partis capituli defuerit, ipso facto sit suspensus. Festa autem que per se suspendunt, sunt hec: *Nativitas Domini*, *Epiphania*, *Purificatio* et *Annuntiatio B. Marie*, *Pascha*, Festum *S. Georgij*, *Dedicatio Ecclesie*, *Ascensio Domini*, *Pentecostes*, *Assumtio* et *Nativitas B. Mariae* et festum *omnium Sanctorum*. Quod si aliquod dubium in premissis vel in aliquibus consuetudinibus ecclesie nostre dubium evenerit, in his et in alijs stabitur judicio Majoris partis Capituli.

In testimonium autem omnium premissorum Nos Decanus et Capitulum predicti sigillum ecclesie nostre duximus presentibus apponendum. Datum Anno Domini MCCCV°. in vigilia *Assumptionis B. Marie* virginis gloriose.

14. Aug.

LXXII.

QUOD NULLUS RECIPERE DEBET ORDINES MOTU PROPRIO.

C. Decanus. E Scolaſticus totumque capitulum Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Mogunt. Cum *Eberhardus* de *Huſenſtam* noſter concanonicus in Acolitatus conſtitutus Officio ſine licentia motu puerili aſſumpſerit ordinem ſubdiaconatus a venerabili Domino noſtro Archi Epiſcopo Mogunt. ne ſua levitas alijs transeat in exemplum ut aſſumant injurioſe audaciam procedendi ad ordines irrequiſito ſuo ſuperiore eo quod injuriam irrogat, qui juſtis preſidentium imperijs non obſecundat, de communi conſilio ac habito tractatu diligenti ne ſcintilla tenuis in flammam tranſeat et morbus quidem incipiens non abſciſus uſque perveniat in medullas levitatem ſuam corrigimus et ſtatuimus cum ſe noſtro ſubmiſerit arbitrio et fidem preſtiterit in manus noſtras, quod pene pareat quam ſibi pro tali inobedientia duxerimus imponendam quod quamdiu eſt in ipſo ordine Officij Subdiaconatus preces nobis nunquam faciat vel fieri procuret ut ad conſortium fratrum qui pro tempore fuerint in Capitulo aſſumatur in penam ſuam, ſed expectet in ſuo gradu voluntatem eorumdem ſi ſuis exigentibus meritis ipſum tamquam ydoneum tali honore decreverint ſublimandum, ſi autem temeritatis repetite aſſumens veſtigia irrequiſita voluntate ſui ſuperioris in Eccleſia noſtra vel petita licentia et non habita in Dyaconum ſe paſſus fuerit promoveri ut cicius veniat ad Capitulum

non

non vocatus numquam introeat Capitulum sed dignitate capitulari privatus maneat perpetuo quam ex quadam violentia seu inobedientia credidit assequendam. Actum Anno Domini M°CC° LXVIII. XIII. Kalendas julij.

19. julij.

LXXIII.

STATUTUM

QUOD NULLA PERSONA HUJUS ECCLESIE SUSCIPERE DEBEAT SACROS ORDINES, NISI LICENTIAM A DECANO ET CAPITULO DESUPER OBTINUERIT.

In Dei nomine Amen. Nos Decanus totumque capitulum Ecclesie *S. Georgij* Trevir. Dioc. penes nos sepius sollicite revolventes, quod licet ab olim Xpi fideles, Magnates, mediocres et infimi Zelo fidei et devotionis accensi ecclesijs et Ecclesiarum ministris, de suis bonis et facultatibus possessiones predia et redditus largirentur, seminantes in hac vita temporali quod cum gaudio merentur in eterna; moderno tamen tempore seculo senescente multorum et quam omnium sic tepescit devotio et Karitas refrigescit, ut non solum ecclesijs et earum ministris de suo nihil tribuant, verum etiam ea, que habent, invadant, auferant et devastent et ob hoc ipsas ecclesias personis prudentibus indigere, quarum sagacitate et consilio conatibus talium invadentium obvietur. Quo circa Venerabilis Matris nostre Ecclesie Trevirensis et plu-

rium aliarum exemplis edocti unanimi consilio et pari consensu duximus statuendum et statuimus per presentes, ut ex nunc in antea nullus Canonicorum nostrorum ad consortium nostri capituli assumatur, nisi totius Capituli vel saltem majoris partis ipsius ad id consensus accesserit et tanquam abilis et idoneus approbatus, literisque ejusdem Capituli patentibus super hec munitus in Diaconum fuerit ordinatus; per tales enim personas confidimus Ecclesiam nostram in suo honore et statu debito conservari, consuetudinem ex quadam negligentia huc usque inductam, que potius corruptela nuncupatur, videlicet, quod juvenes et inexperti ac alias vita et moribus incompositi ad Capitulare consortium irreverenter se ingerant et intrudant ex nunc penitus abolentes. sicut enim unica ovis morbida totum gregem inficit, et modicum fellis totum mel amaricat, sic tales effrenes et discoli rancores et discordias seminant inter fratres. Verum si, quod absit, quisquam Canonicorum nostrorum de cetero absque modo et forma predictis ordinem Diaconatus assumpserit, et Capitulo se ingerere temptaverit, tam diu in ordine Subdiaconatus ministret et voce Capitulari careat, nec non per suspensionis sententiam et reddituum suorum subtractionem et alias penas consimiles percellatur, donec digna satisfactione premissa gratiam capituli meruerit obtinere, consilio et auxilio Reverendi in Xpo Patris ac Domini Archiepiscopi Trevirensis, qui pro tempore fuerit contra talem vel tales violatores,

si

ſi neceſſe fuerit, invocato. Ut autem hujusmodi ſtatutum firmum ac ſtabile perpetuis temporibus perſeveret, Nos Decanus et ſinguli Canonici predicte Eccleſie Limburgenſis ſucceſſive et ſigillatim tactis corporaliter per nos et quemlibet noſtrum ſacro-ſanctis Dei Evangelijs juravimus ac litteris preſentibus juramus pro nobis et noſtris ſucceſſoribus, ipſum ſtatutum perpetuo firmiter Cuſtodire. In hujus autem ſtatuti noſtri firmitatem perpetuam et teſtimonium ſigillum Eccleſie noſtre predicte preſentibus litteris eſt appenſum. Actum et Datum Anno Domini MCCCXXVII. in Craſtino Beati *Servatij*.

LXXIV.

CONFIRMATIO PRAECEDENTIS STATUTI.

B*alduinus* Dei Gratia ſancte Trevirenſis Eccleſie Archiepiſcopus ſacri Imperij per Galliam Archi Cancellarius. Inter ceteras ſolicitudines noſtras paſtorali officio incumbentes illud potiſſimum inſidet cordi noſtro, qualiter Eccleſias nobis ſubjectas ac eorum perſonas in debito et tranquillo ſtatu a noxijs quibuscunque tam circa ſpiritualia quam temporalia ſalubriter preſervemus. Venientes itaque ad noſtram Preſenciam honorabiles viri Decanus et Capitulum Eccleſie ſancti *Georgij* Limburgenſis noſtre Trevir. Dioc. devoti

noſtri dilecti nobis humiliter ſupplicarunt, quod cum ipſi quoddam ſtatutum ſubſcriptum pro utilitate et tranquillo ſtatu eorum eccleſie predicte concorditer duxerint faciendum, quatenus nos auctoritatem noſtram et conſenſum eidem ſtatuto adhibendo, ipſum dignaremur approbare et auctoritate Ordinaria confirmare; Cujus quidem ſtatuti tenor huic preſenti littere inſertus dignoſcitur eſſe talis: *In Dei nomine Amen. Nos Decanus* etc. (ſequitur ſtatutum praecedens integrum.)

Nos igitur ſupplicationi dictorum Decani et Capituli ex cauſis pretactis et alijs rationabilibus Nos ad id moventibus favorabiliter inclinati prelibatum ſtatutum ad Commodum et utilitatem prefate Eccleſie Limburgenſis nec non pro tranquillo ſtatu ejusdem eccleſie et perſonarum ſic factum duximus approbandum ac approbamus, ratificamus et preſentis noſtri ſcripti teſtimonio communimus, volentes et precipientes idem ſtatutum tanquam provide et rationabiliter factum inviolabiliter obſervari. In cujus noſtre approbationis et Confirmationis teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus litteris eſt appenſum. Datum *Treviris* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo trigeſimo quinto feria VI. poſt diem beate *Lucie* virgis.

LXXV.

LXXV.

STATUTUM ANNI GRATIE.

Noverint univerſi et ſinguli ad quos preſentes pervenerint vel quos preſens tangit negotium ſeu tangere poterit in futurum, quod Nos *Henricus Sure* Decanus, *joannes Remagen* ſcolaſticus, *Lodewicus Wys* cantor, *joannes de Baelleraco* Cuſtos *Erwinns Trebis*, *joannes Emeler*, *Henricus Nubemmer*, *Nicolaus* plebanus, *Petrus de Minzenberg*, *joannes Dorolff*, *Conradus de Bilſtein Echardus de Dietkirchen*. et *Thilmannus de Hademar* Canonici praebendati capitulares capitulum repreſentantes Eccleſie *S. Georgij* in *Limburg* Trevir. Dioc. attendentes quod fructus, redditus et proventus prebendarum dicte noſtre eccleſie ſunt adeo exiles et etiam . . invaſiones violentas ac annorum ſterilitatem extenuati, quod Canonici prebendati comprimis eccleſie onera principalia, Archièpiſcopalia et Archidiaconalia, hoſpitalitatem debitam aliaque incumbentia ſufferre ac ſtatum condecentem tenere nequeunt commodoſe et ob hoc ſit oportunum ſibi et ſucceſſoribus Canonicis prebendatis, quantum eſt poſſibile, provideri, vocatis omnibus tam abſentibus quam preſentibus Canonicis Capitularibus et vocandis ſtatuto termino competenti ac indicto ſuper infra ſcriptis principaliter capitulo, pulſàta campana, ut eſt moris, in loco noſtre eccleſie capitulari infra immunitatem et am-

ambitum comprimis ecclesie consistente matura deliberatione prehabita, indictis etiam desuper quam pluribus capitulis et habitis tractatibus statuimus et ordinavimus prout statutum et per observantiam in dicta nostra ecclesia hactenus laudabiliter observatam et legitime presciptam, per quam dispositum, ordinatum et observatum est, quod Canonici prebendati predicte nostre ecclesie superviventes festum Nativitatis *S. joannes Baptiste* fructus . . . instantis anni ex integro suos faciant, sive in blado, siligine, avena, pisis aut vino vel cremento vinearum ad suas prebendas spectantium, seu alio quolibet proveniant emolumento. De cetero tam actu superstites, quam futuri successores Canonici prebendati in alijs ecclesijs consuevit annis gratie sequentis immediate et continuo annum, quo Rmus in Xpo pater et Dominus Archiepiscopus Trevirensis ex certa principali indulgentia, fructus recipit et recipere debet et potest, et ut hujusmodi anni gratie fructus in usum Canonici prebendati defuncti et suorum debitorum legitime et sine aliqua fraude convertantur, ipsos fructus taxamus et extimamus ad 10. maldra siliginis, 2. maldra tritici, 7. maldra avene, unum maldrum pisorum mensure Capituli consuete, unum . . et avenam vocatam Brasium sive Maltz habere juxta portionem debitam et crementum vinearum ad suam prebendam spectantium ex integro, quos fructus tam in siligine tritico, avena, pisis et Brasio cum portione vini debita Decanus et Capitulum ministrabunt et dabunt executoribus testa-

teſtamenti, ſi quod fuerit conditum per defunctum, et illi executores hujus fructus omnes anni gratie in ſolutionem debitorum defuncti et alios pios uſus pro ſalute anime defuncti, prout expedire viderint, ſeu eis fuerit injunctum, convertant; ſi vero aliquem ex canonicis prebendatis predicta noſtre eccleſie inteſtatum aut repentine decedere contingat, tunc Decanus et Capitulum hujusmodi fructus anni gratie in uſum debitorum defuncti convertere debebunt, in quantum ſe fructus extendunt et non ultra, et ſi quid ſuperfuerit, id in pios uſus, ut premittitur, pro ſalute anime defuncti convertent, prout viderint expedire; ſi autem ſine debitis canonicum prebendatum decedere contingat, tunc hi, qui ut heredes ſibi de jure ſuccedere debebunt, recipient tales fructus et in uſus pios, prout decreverint fiendum, convertere debebunt, ſi hoc poſtulaverint et ſe de hoc voluerint . . . . pietatis infra annum Gratie ſupradicte. et ſi heredes hujusmodi infra annum predictum non poſtulaverint, tales fructus, ut preſcriptum, in pios uſus convertendos, aut negligentes fuerint in petendo, tunc Decanus et Capitulum de talibus fructibus, ut premittitur, diſponent, contradictione cujuslibet non obſtante. Ut autem ſtatutum ſupradictum a nobis et ſucceſſoribus noſtris in utilitatem quorum extitit factum, inviolabiliter obſervetur, nos canonici ſupra nominati tactis ſacroſanctis Dei Evangelijs corporalia ſingulariter ſinguli preſtitimus juramenat de obſervandis omnibus ſupradictis et eorum

quo-

quolibet pro posse. In quorum omnium testimonium et robur evidens in perpetuam rei memoriam presentes sigillo nostre ecclesie Majori fecimus communiri. Actum et Datum Anno Domini MCCCCIV. die XI. mensis Novembris.

LXXVI.

CONFIRMATIO PRIORIS STATUTI.

Wernerus Dei Gratia sancte Trevirensis Ecclesie Archi Episcopus sacri Imperij per Galliam Archi Cancellarius ad perpetuam rei memoriam. Subditorum nostrorum desiderijs libenter annuimus, presertim his que eorum commodum respiciunt et profectum; unde statutum per devotos nostros Decanum et Capitulum Ecclesie *sancti Georgij* in *Limburg* nostre Diocesis de habendis fructibus omnibus anni post Canonici prebendati dicte ecclesie obitum sequentis immediate et continuo annum quo nobis fructus defuncti cujuslibet beneficiati nostre Civitatis et diocesis de Apostolica concessione debentur, ordinatum cui presentes transfiguntur, ex certa scientia laudamus, confirmamus, autentizamus et etiam approbamus. In quorum testimonium et robur perpetuum sigillum nostrum majus transfixis presentibus est appensum. Datum *Erembreitstein* Anno Domini MCCCCIV. juxta stilum scribendi in Diocesi nostra Trevirensi die XI. mensis Martij. *)

LXXVII.

*) Vid. Subsid. Diplom. Tom. XI. praef.

LXXVII.

CONFIRMATIO STATUTORUM ECCLESIE SANCTI ALBANI EXTRA MUROS MAGUNTINENSES. *)

T*heodericus* etc. ad perpetuam rei memoriam. Credita nobis paſtoralis officij debitum, quo ceteris noſtre dyoceſis preſidenius eccleſijs ad id impellit, ut Capitulorum et Collegiorum quibus precipue cultus Divinus et ordinata diſciplina racionabiliter reſplendent, ad ea quoque ſtatum ſalubrem divini cultus augmentum et Canonicas diſciplinas conſpicere dinoſcuntur, quantum poſſumus animo libenti et grato affectu ſolliciti intendamus. ſane pro parte in Chriſto nobis dilectorum Decani et Capituli Eccleſie *ſancti Albani* extra muros Maguntin. oblata peticio continebat, quod licet laudabilia quam plurima predeceſſores eorum ſtatuta ediderint et quantum tunc neceſſarium viſum eſt ordinate diſcipline ſalubriter providiſſent nulla tamen tam digeſta humana conditur proviſio, quod non temporum curriculis opus quandoque ſit nunc nova condendo ſtatuta adverſus multiplices quos novos morbos pernicioſa dietim ingeniorum ſubtilitas ingerit, ſollicitis preſidentium antidotis

*) Monaſterium *S. Albani* ſeculo IX. fundatum in Eccleſiam Collegiatam immutatum eſt anno MCCCC XIX. De hoc plenius in *Annalibus Moguntinis Diplomaticis ad h. a.*

tidotis occurrere et juxta temporum qualitates convenientibus medelis obviare, ficque nonnulla predeceſſorum ſuorum ſtatuta tunc ordinata provide temporis curſu humanis ingenijs tam ſubtiles interpretaciones receperunt quorum pretextu niſi occurratur celeriter quam plures in prefata *ſancti Albani* eccleſia per que cultus divinus negligitur exactiones debite ſuccreſcunt et tam ſpiritualium quam temporalium detrimentum in proximo eſt multa laudabiliter inſtituta ad noxam demerguntur; hijs volentes occurrere et quantum in ipſis foret providere, certa inter ſe ſtatuerunt fecerunt et ordinarunt, quorum tenor de verbo ad verbum ſequitur et eſt talis. — Item ut negocia et res Eccleſie noſtre ſalubrius bono regimine dirigantur volumus ſtatuimus et ordinamus quatuor capitula generalia in loco capitulari Eccleſie noſtre aut alio loco ad hoc ſpecialiter deputato vel deputando per nos teneri et haberi et celebrari ſingulis annis perpetuis temporibus affuturis, primum quidem capitulum ipſo die beate *Agathe* virginis, ſecundum in Craſtino *Nerei et Achillei* Martirum, Tertium incraſtino *Bartholomai* Quartum in craſtino beati *Martini* Episcopi *) volumus etiam quod Prelati et canonici Capitulares in eisdem preſentés habeant valeant et poſſint in quibuscunque etiam cauſis concludere prejudicialibus cauſis Eccleſie et perſonis duntaxat exceptis. Item conſimiliter volumus ſtatuimus et ordinamus ſingulis ſeptimanis feria ſecunda per circulum anni ſi feſtum celebre in eadem non evenerit

unum

*) In copia habetur: *Apoſtoli.*

unum capitulum in loco capitulari capitulariter celebrandum fore et celebrari debere, si autem festum celebre alicujus sancti in predictam feriam secundam evenerit tunc dictum capitulum debet in diem sequentem vel alium ipsius septimane diem aptum prorogari et eadem die celebrari et sic quilibet Prelatus aut canonicus capitularis qui dicto Capitulo a principio usque ad ipsius finem interest pro presencijs decem hallenses habebit. Item quod si contingit me scholasticum infra primos duos annos aliquem domicellum in domum meam evocari ex tunc etiam debeo ac teneor ac volo dimidios fructus illorum duorum annorum Domino nostro Archi Episcopo Maguntinensi pro tempore existenti pro rata exsolvere sine dampno dicti Domicelli sic per me vocati. De residuis vero fructibus et super extantibus dicte prebende domicellaris et de cottidianis distributionibus teneor ac debeo et volo eundem domicellum in meis expensis decenter tenere ac vestire et calceare, si vero idem domicellus aliquid de presentijs neglexerit hoc tenetur michi tamquam debitis legitime contractis resarcire. Item consimili ac pariformi modo teneor debeo ac volo servare cum medijs fructibus prebende cujuslibet Domicelli duorum Annorum fabrice et anni defuncti si contingit me aliquem Domicellum libere dimittere emancipari et capitulo meo ut moris est presentare. Item quod quilibet domicellus Ecclesie nostre *sancti Albani* qui nunc est vel in futurum erit potest se in primo anno sue adepte pacifice possessionis vel ex post quandocunque

que ſibi placuerit, a me et a jugo Scolaſtrie mee redimere cum triginta florenis Renenſibus ac fructus prebende ſue et preſencias ad ſe recipere ſublevare et in uſus ſuos convertere ac tunc onera prebende et preſentiarum per ſe ſupportare contradictione mea quacunque non obſtante. Item ſi contingit aliquem Domicellum vocatus per me propter ſolucionem dictorum triginta florenorum a me emancipari infra eundem annum nichilominus de fructibus prebende illius pro rata temporis gaudebo quo mecum fuiſſe et ſtetiſſe conſtitit manifeſte. Item quod antequam ad Capitulum me recipi petam debeo apud Eccleſiam et infra ſepta montis *ſancti Albani* per integrum annum continuam reſidentiam feciſſe ſi curiam habuero vel habere valeam me tenere et hoſpitare volentem alioquin ſi curiam habere non valeo nec hoſpitare volentem, tunc debeo infra emunitatem civitatis Maguntinenſis pernoctare et paſtum recipere ita tamen quod horis diurnis interſim in eccleſia mea *ſancti Albani* tanquam perſona apud ipſam Eccleſiam continue reſidens. Cum itaque predicta ſtatuta et ordinationes ut ipſi aſſerunt paci Eccleſie cultui divino et bono regimini ſalubriter congruant ut illa auctoritate noſtra ordinaria rata et grata habere et ejus noſtre confirmationis robur impartire dignaremur, diligencius ſupplicaverint, nos itaque qui omnibus illis que pacem eccleſijs et inter ſe perſonis cultus quoque divini augmentum et ordinatas eccleſiarum diſpoſitiones conſpiciunt, animo grato et cordiali affectu congaudemus, dictorum

De-

Decani et Capituli supplicacionibus inclinati prefata statuta ordinationes ut premittitur sic per eas facta gesta et statuta rata et grata habentes ea auctoritate nostra tenore presenciùm in Dei nomine infra scripto adjecto moderamine confirmamus adicientes ut virtute statutorum eorum nulla sibi Decanus et Capitulum ampliorem quam hactenus consueverant aut alias de jure habere debet cognitionem cause cujuscuque ad nostrum spectanti examen quomodolibet assumant, nolumus etiam quod per quamcunque ordinationem seu divisionem fructuum byennalium inter eos ut premittitur factam aut faciendam in futurum nobis aut successoribus nostris quomodolibet prejudicare quam ab illis personis beneficijs modis et formis quibus hactenus consueverant, petant et exigant in futurum. In cujus rei testimonium etc. Datum *Ernfels* feria secunda post festum circumcisionis Domini Anno ejusdem Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

2. jan.

LXXVIII.

STATUTORUM QUORUMDAM ECCLESIAE COLLEGIATAE S. ALBANI EXTRA MUROS MOGUNT. CONFIRMATIO.

Jacobus Dei gratia ſanctae Mogunt. ſedis Electus ſacri Romani Imperij per Germaniam Archi Cancellarius ac Princeps Elector ad perpetuam rei memoriam. Officij noſtri debitum, cui (licet immerito) praefecti ſumus, nos admonet, ut illis, quae Eccleſiarum incrementum ac Divini cultus propagationem, eccleſiaſticamque diſciplinam conſpicere dinoſcuntur, quantum poſſumus favores noſtros impartiamur. Sane pro parte honorabilium ac devotorum nobis in chryſto dilectorum Decani et Capituli Eccleſiae *S. Albani* extra muros civitatis noſtrae Mogunt. ſitae nobis expoſitum fuit, quod licet praedeceſſores eorum quaedam ſtatuta ſalubria et ordinationes ejusdem eccleſiae et divini cultus incrementum diſciplinasque canonicas concernentes, de praedeceſſorum noſtrorum Archiepiscoporum Mogunt. ſcitu, voluntate et conſenſu condiderint, variae tamen ſubtiles et ſiniſtrae interpretationes ratione eorundem ſtatutorum atque ordinationum ſaepe numero per nonnullos in medium adductae ſint, alijque novi caſus in ejusdem eccleſiae ruinam tendentes interea ſe illis interpretationibus accumulaverint, ita ut clariorem intellectum eorundem ſtatutorum habere, eisdemque

que

que defectibus congruentem medelam dare necesſe ſit. Qua de cauſa dicti Decanus et capitulum moti clariora et uberiora quedam ſtatuta et ordinationes ad ejusdem ecclesie et divini cultus incrementum tendentia, diſciplinamque canonicam reſpitientia, ſubſequentis tenoris ſtatuenda, ordinanda atque edenda perpetuisque futuris temporibus ita ſervanda eſſe dictaverint: Item ut negotia ac res ecclesiae noſtrae ſalubrius bono regimine dirigatur et divinus cultus de die in diem augeatur, volumus, ſtatuimus et ordinamus, quod prima die ſabathi cujuslibet menſis, hora prima poſt meridiem, perpetuis temporibus capitulum menſuale, ſi dies feriata fuerit et feſtum prelatorum ſeu canonicorum in primis veſperis, quibus tabula ſcribitur, non impedierit, Ex tunc die Sabathi feriata ſequenti fore celebrandum, volumus etiam ut prelati et Canonici Capitulares in eodem preſentes habeant valeant et poſſint concludere prejudicialibus cauſis ecclesie et perſonis duntaxat exceptis. Item conſimiliter volumus ſtatuimus et ordinamus quod de cetero quilibet admittendus ad Canonicatum et prebendam juret perſonaliter ſtatuta que ſequuntur. Item juro quod volo facere continuam et perſonalem reſidentiam apud ecclesiam et infra ſepta montis *ſancti Albani* et me non abſentabo ſine ſpeciali licentia Decani et Capituli ipſius ecclesie non obſtantibus quibuscunque exceptionibus et excuſationibus. Item juro ſi contingat me habere curiam prebendalem ex hijs quae ſunt inſitae civitate aut alias extra ſepta mon-

tis *sancti Albani* ut est domus *zum Steyn* domus *zum Karlen* domus *zum Hohenbuss* et domus *zum Krebs* ex tunc capitulis hebdomadalibus pro majori parte interesse velim. Item si contingat me non posse habere curiam prebendalem intra emunitatem et septa montis *sancti Albani* in qua resideam tunc debeo et teneor diligenter inquirere et procurare hospitem intra emunitatem et septa ipsius ecclesiae qui me hospitetur donec curiam prebendalem adipiscar et casu quo non invenero tale hospitium tunc debeo et teneor intra emunitatem civitatis moguntinensis pernoctare et pastum recipere. Ita tamen quod horis diurnis intersim in ipsa ecclesia *sancti Albani* tamquam persona apud ipsam residens. Item juro quod non recipiam vel etiam petam fructus prebendae meae sive in blado aut vino aut quecumque alia emolimenta casu quo non contingat me residere apud ecclesiam et infra septa montis *sancti Albani* ut prescriptum est sed permittam ut tales fructus et emolimenta libere convertantur ad onera et massam communium praebendarum. Item juro quod non faciam aut permittam etiam ex quibuscumque causis mecum dispensare contra juramentum ipsius continue et personalis residentiae aliqua auctoritate vel ordinaria vel apostolica neque impetratis utar quouis modo motu proprio aut alias per me impetratis aut concessis sed ea omnia concernentia ipsam continuam et personalem residentiam inconcusse et inviolabiliter observabo Et si secus fecero, (quod absit) incurram indignationem omnipotentis Dei

et

et glorioſi martiris et patroni noſtri *ſancti Albani* Unde fuit nobis pro parte dictorum Decani et capituli humiliter ſupplicatum quatenus preinſertas ordinationes atque ſtatuta auctoritate noſtra ordinaria admittere approbare et confirmare dignaremur Juſtis igitur ac pijs ſupplicum votis prout tenemur annuere propagationique divini cultus ac ejusdem eccleſiae incremento conſulere volentes premiſſa ſtatuta atque ordinationes auctoritate noſtra ordinaria admiſimus approbavimus ac confirmavimus, admittimusque approbamus et confirmamus per preſentes noſtris tamen et eccleſie noſtre Moguntinenſis juribus ſemper ſalvis In cujus rei teſtimonium preſentes noſtras litteras ſigilli noſtri fecimus et juſſimus appenſione communiri. Date *Aſchaffenburgi* die penultima menſis januarii Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto.

CODEX DIPLOMATICUS

ECCLESIAE ET DIOECESIS ARGENTINENSIS.

PERIODUS SAXONICA.

COLLEGIT, IN ORDINEM REDEGIT, PERPEPETUISQUE NOTIS ILLUSTRAVIT

PHILIPPUS ANDREAS GRANDIDIER

Presbyter Canonicus et Praebendarius Summi chori Eccleſiae Cathedralis Argentinenſis, ſanctae Romanae ſedis Eques et Proto Notarius, Dioeceſis Bononienſis Vicarius Generalis, multarum in Germa-

mania, Gallia atque Italia Academiarum socius, nec non a Rege Christianissimo ad Colligenda per Alsatiam Historiae et juris publici Regni Gallici monumenta specialiter designatus.

LXXIX.

DIPLOMA

HENRICI I. AUCUPIS REGIS GERMANIAE, quo locum *Almentz Waldoni* Episcopo Curiensi concedit ad petitionem *Herigeri* Moguntini, *Adalwardi* Verdensis et *Richwini* Argentinensis Episcoporum. Datum XI. Novembris DCCCCXXVI. ex autographo Tabularij Ecclesiae Curiensis. a)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, *Heinricus* divina favente clementia Rex. Noverit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum sollertia, qualiter nos ob amorem Dei et sanctae Mariae et petitione fidelium nostrorum videlicet *Herigeri* Archiepiscopi b) *Adalwardi* episcopi c) et *Riwini* episcopi d) et aliorum fidelium nostrorum cuidam venerabili Episcopo *Waldoni* e) Curiensis Ecclesiae quendam locum proprietatis nostrae donavimus in proprietatem nomine *Luminnis* f) in pago Curiensi in Comitatu *Udalrici* comitis g) cum rebus universis eidem ipso loco succedentibus in casis vel curtilibus, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, vijs et invijs, exitibus et rediti-

ditibus, mobilibus et immobilibus et cum omni censu ad eundem locum pertinente eidem Episcopo *Waldoni* in proprietatem concessimus, ea videlicet ratione, ut dum ipse vixerit, potestative possideat et post suum discessum equaliter dividatur inter duo monasteria, hoc est *Cacias* h) et *Wapitines* i) quae constructa sunt in honorem *sancti Petri* principis Apostolorum. jussimus quoque regiae authoritatis praeceptum inde conscribi, quatenus praenominatus Episcopus *Waldo* de supradictis rebus deinceps habeat potestatem, dum vivit, quodcunque illi libuerit, exinde faciendi. et ut hoc nostrae auctoritatis praeceptum firmius teneatur ac melius veriusque credatur ab omnibus, subtus manu nostra illud firmavimus atque anuli nostri impressione consignari mandavimus. Signum Domini *Heinrici* pijssimi Regis. *Simon* Cancellarius i) ad vicem *Herigeri* Archiepiscopi recognovi. Data III. non. Novembris anno Incarnationis Domini DCCCCXXVI. k) indictione XIV. anno VI. Domni *Heinrici* Serenissimi Regis. l) Actum civitate *Wormatia* m) praesente Domno Rege *Ruodulfo* n) in Dei nomine feliciter Amen.

a) Diploma hoc ineditum hactenus ex autographo descripsit *Aegidius Tschudius* celebris Helveticorum Annalium Scriptor, qui seculo XVI. florebat; is illud suis inseruit excerptis Helveticis, quae in Bibliotheca Abbatiae Engelbergensis apud Subsylvanios asservantur, quorumque Apographum habetur *Tomo 3. Monumentorum Helvetico-Tugiensium p. 71-141.* in bibliotheca perillustris viri *L. B. de Zurlauben*, qui id e suis scedis communicavit. Eandem chartam ex an-

antiquissimo Episcopatus Curiensis *Urbario* descriptam transmisit quoque *D. de Jost. Henricianum* hoc diploma memorant ad an. 919. *D. Hallers* in *Critischen verzeichniss aller Schrifften welche die Schweitz betreffen Tom. 2. pag. 65.* et *Tschudius Galliae Comatae lib. 2. part. 1. cap. 9. pag. 317.* Ad annum vero 920. *Bucelinus in Rhaetia pag. 190.* ad annum 921. *Bruschius de Germaniae Episcopatibus pag. 4. Fortunatus Sprecher in Rhetia pag. 105.* et *Leu Helvetisches Lexicon Tom. 5. p. 265.* Ad annum denique 922. *Johannes Guler in Raetia pag. 104.* omnes vero falsa aera decepti.

b) *Herigerus* an. 913. *Hattonis* Archiepiscopi in sede Moguntina Successor *Henricum* Aucupem an. 919. Regem *Frideslariae* pronuntiavit; Obijt an. 927. videatur *Besselij Chron. Gottwic. lib. 2. pag. 152.*

c) *Adalwardum* Episcopum Wormatiensem fuisse statuit *Tschudius.* Cum vero ex *Schannato Hist. Episcopat. Wormat. part. 1. p. 322 — 324.* constet, *Rigowonem* ab an. 914. ad 950. Wormatiensi praefuisse Ecclesiae illum *Adalwardum* dicimus eundem quem *Bruschius de Germaniae Episcopat. Tom. I. p. 230.* testatur fuisse Episcopum Verdensem ab *Henrico* Rege constitutum.

d) *Richewinus* Ep. Argentinensis. vid. *Historia Episcoporum Argentinens. Tom. 2. p. 288 — 309.* nempe a supra fato *Grandidier* edita, quem semper sub intelligimus.

e) *Waldo* teste *Bruschio* electus est an. 914. Episcopus Curiensis. Huic *Conradus* Rex dedit monasterium Disertinense (*Disentis*) in *Rhetia* situm. Refert *Tschudius Ottonem* Magnum *Waldoni VI.* Idus Aprilis an. 940. dono dedisse *Pludentum* oppidulum Drusianae vallis. Obijt an. 948. ut notat *Hepidannus* apud *Goldast Rer. Alamannicar. Tom. 1. part. 1.*

f)

f) *Tschudius* hunc locum interpretatur *Almentz* ſive *Allmens*, pagum in jurisdictione *Fürſtenau* in *Liga Chaddea* Rhetorum in valle *Tomiliaſca* Germanice *Tumleſch* dicta, de quo agunt *Sprecherus in Rhetia lib. 8. pag. 326.* et *Leu Helvetiſches Lexicon Tom. 1. pag. 134.*

g) *Udalricus* ſive *Huldericus* comes fuit pagi *Churvale* ſeu Rhetiae Curienſis de quo lege *Fortunati Sprecheri Rhetiam lib. 3. pag. 105.*

h) Hodie *Kazis* vel *Kazes*, Coenobium monialium Ord. *S. Dominici* in jurisdictione Thuſciana (*Thuſis*) in Rhetorum valle *Tomiliaſca* in ſuperiori *liga Griſea* primitus Abbatia virginum nobilium an. 760. a *Paſchali* Epiſcopo Curienſi in honorem *SS. Petri* et *Pauli* fundata. Conſulantur *Sprecher Palladis Rheticae lib. 3. pag. 86. et lib. 7. pag. 301.* nec non *Leu Helvetiſch Levicon Tom. XI. pag. 55.*

i) *Wapitines* videtur eſſe *Vipetenum*, quod in itinerario ſuo memorat *Antonius* quodque teſte *Tſchudio Galliae Comatae lib. 2. part. 1. cap. 19. pag. 338.* vocatur hodie *am luog* ſive auf dem *luogent*, vicus ſitus prope monte *Bremer*, a *Matra* duobus milliaribus Germanicis et a *Sterzingen* totidem diſtans. Loco *Wapitines Tſchudius* legit imapitines, quod ipſe de priſca ac vera *Alpina Rhetia cap. 24. pag. 71.* interpretatur: *in imo pedis Alpium*, quod eſt ſupra *Stein*. Decima quarta vero communitas primae *ligae Rheticae* teſte eodem *cap. 14. pag. 41.* eſt *Steinberg* in inferiori *Engadino*.

l) Inter Cancellarios et notarios primis regni *Henriciani* temporibus nullum alium niſi *Simonem* reperimus, qui ſub titulo Notarij plurima *Henrici I.* diplomata recognovit ab an. 919–931. *Chronicon Gottwic. lib. 2. p. 153.*

k)

k) Legit *Tschudius* DCCCCXIX, alijs in alias, ut not. a. vidimus, sententias prolabentibus. Ast anno sexto *Henrici* Regis non 919. sed 926. currebat.

l) Chronologia annorum regni *Henriciani* ab ipsa *Conradi* Antecessoris sui morte dependet. *Henricum* initio anni 920. regnum adijsse, satis constans est apud Criticos opinio.

m) Haec celebris ad Rhenum civitas praesentia Regum et Imperatorum saepius fuit honorata. *Burchardum* Alemanniae Ducem *Wormatiae* praesentibus cum alijs *Richwino* Argentinensi Episcopo fidem et obsequium *Henrico* an. 926. promisisse scribit *Hartmannus Annal. Einsidlens. pag.* 34. eodem anno *Henricum* procerum suorum conventum *Wormatiae* celebrasse testatur *Schannatus Histor. Wormat. part. 1. pag.* 323.

n) *Rodulphus* nempe secundus nominis Rex Burgundiae, qui *Bertham* filiam *Burchardi* Ducis anno 922. duxerat. vid. *Vitriarius cum notis Pfeffingeri Tom.* 2. *pag.* 308.

LXXX.

CHARTA SIVE NOTITIA PUBLICA Donationis factae Ecclesiae Argentinensi in marca *Ettenheim* a *Ruthario* Comite et *Hirmengarde* conjuge; qua simul reguntur fines inter Monasteria *Ettinheim* et *Waldkirch*. Scripta ab initio anni 926. *Ex tabulario Abbatiae Ettenheimensis* a).

In nomine Domini nostri *Jhesu* Christi Salvatoris mundi, Conscriptio recitanda est veri testimonij.

monij. Fuit vir boni confilij, nomine *Ruodbarius* b) cum conjuge fua *Hirmingarde*, qui ambo una mente cogitaverunt, qualiter cum iftis terrenis atque caducis rebus adquirere et invenire poffent perpetuam vitam ac reconciliare fibi Deum patrem omnipotentem, tradideruntque haereditatem fuam ad Dominium fanctae *Mariae* femper virginis Argentinenfis civitatis, in marca *Ettenbeim* c) quidquid ad ipfum locum pertinet tam filvis quam pratis, terris, aquis, aquarumque decurfibus, cultis et incultis, quidquid dici aut nominari poteft. Poftea autem facta eft contentio inter confines illarum partium, ut familiae quae pertinent ad monafterium, quod vocatur *Waldekircba* d), videntes, quod illorum terreftris Dominus *Burcbardus* e) valde fublevatus eft per potentiam hujus mundi, pari confilio irruentes in haereditatem fanctae *Mariae* proxima loca, quae adjacent monafterio *Ettenbeim*, ficut fuerant fegetes adhuc immaturae, fucciderunt et inde afportaverunt. poftea vero monachi fupradicti loci venientes ad *Burcbardum*, interpellaverunt eum pro ifta injufta praefumptione, quae illis facta eft, ipfe vero ut audivit, iratus eft valde et ipfam injuriam, quam fervi illius praefato monafterio intulerunt, feftinanter emendare curavit. Tradidit itaque cum manu uxoris fuae *Hegenwidae* f) ad monafterium, quod dicitur *Waldecbircba* colonias duas, unam in *Willo* g) alteram in *Gifido* h) ad dirimendam controverfiam illam, ea videlicet ratione, ut ipfi fraterculi *Ettenbeimenfis* monafterij pro redemptione animarum illo-

illorum, ipſorumque ſucceſſorum ipſas res tam tetris, quam ſylvis, quas ſupra nominatus vir *Rhuodharius* ad ſanctam conceſſit *Mariam* ſine ulla contradictione firmiter teneant atque poſſideant, quod ſi noſmet ipſi aut ullus de heredibus noſtris contra hanc donationem aliquid perverſa mente aut injuſto conſilio venire contra veritatem temptaverit, inprimis iram Dei et ſanctorum omnium reus incurrat et in aerarium Regis auri uncias quinque, argenti pondera decem coactus perſolvat. Haec tamen traditio per Regiam poteſtatem et omnium juſtorum firma et inconvulſa permaneat. Acta eſt haec chartula modernis temporibus *Heinrici* Regis i, ſub *Bernoldo* comite l) in publico mallo m) in oppido quod dicitur *Chinichdorf* n) coram cuncta frequentia populi utriusque provinciae tam *Mortinaugie*, quam *Briſchgoviae* facta eſt, teſtibus ſubnotatis. Signum ipſe *Burchardus* cum coeteris comitibus, qui ibi tunc aderant, quando haec traditio facta eſt. Signum *Bernolt*. S. *Adalbero*. S. *Vodalrich*. ſign. *Adelbero*. S. *Gundram*. S. *Walchori* Advocati cum cujus manu hanc epiſtolam firmavit et miſſum relegit. S. *Dieterich*. S. *Gotzbelin*. S *Uto*. S. *Diuto*. S. *Wicchart*. S. *Herrat*. S. *Gotebelm*. S. *Bernhart*. S. *Ribhart* S. *Madelgoltz*. S. *Cuzzo*. S. *Vodelbin*. S. *Adelbert*. S *Bezo*. S. *Luitolt*. S *Hermenolt*. S. *Herrolt*. S. *Hunger*. S. *Heduit*. S. *Gotedankh*. S. *Gozbert*. S. *Irminolz*. S. *Welſim*. S. *Linhart*. S. *Meginhart*. S. *Grimolt* Acta hec eſt anno Incarnationis Domni noſtri jheſu Chriſti DCCCC.XX.VI. Indictione XIV. ſub vene-

ne-

nerabili Episcopo *Richwino* o) et *Wolffharto* Abbate. p)

Terminalia loca sita ad Australem plagam, *Ringhenbach*, *Rida*, *Warthe*, *staine*, *bancelle*, *buruc*, *egiloffos* ad fontem *burmbaci*, inde ad viam *Schneitte*, *Steffanos*, *Wirste*, *Wezigstain*, *Stoffenberg*, ad rubrum volutabrum, *seleberc*, *Quidelirodu*, usque ad commarchiam Alamannorum. Ad Aquilonarem partem *Tieffengruba*, *Daspach*, *Schmuebach*, *Ottenschneitta*, *stramma*, ad Angulum *Sulzbach*, *Hademares*, *Chneu*, *Widimitistein*, *Wolffberisbach*, *Gampriesbergen*, *Campach*, *Braitenfurt* ad confinium Alemannorum.

a) Ediderunt *Guillimanus de Episc. Argentin. pag. 136. Lünig spicileg. Eccles. Tom. 3. part. V. p. 871. Hergott in Codice probat. Genealogiae Habsburgicae Tom. 2. num. 122. pag. 70. Scheidius Orig. Guelf. Tom. 2. lib. 6. probat. pag. 481.* et alij, sed omnes mendose, praesertim *Hergottus*, qui illam describens ex MS. *Codice bibliothecae Caesareae Vindobon.* legit *Stenheim* pro *Ettenheim.*

b) Hic *Ruodharius* de quo in *Histor. Episcop. Argent. Tom. 1. lib. 3. p. 276.* et *lib. 4. p. 424.* videtur esse idem ac *Ruthardus* comes Abbatiae Schwartzacensis fundator et qui vixit seculo VIII. charta nostra est quidem seculi X. sed est notitia, quae antiquioris a *Ruthardo* factae donationis mentionem relinquit.

c) Marca *Etinheim* in *Brisgovia* et in Dioecesi Argentinensi trans Rhenum sita hodiedum est territorium illud in supremo Episcopi Argentinensis dominio situm, quod nuncupatur Magnus Ballivatus Ettinheimensis cum adjacente Abbatiae Ettonianae territorio,

torio, quod ex praedicta dependet episcopali superioritate. vid. *Histor. Episc. Argent. Tom. I. lib. 3. pag. 278. et 279.*

d) Monasterium *Waldkirch* erat olim Partheno sanctimonialium ord. *S. Benedicti*, de quo *Crusius* in *Annalibus Suevicis lib. 6. part. 3. cap. 12. pag. 346.* et *Petri Suevia Eccles. pag. 348.* Hodie est Ecclesia Collegiata Canonicorum secularium *S. Margarethae* consecrata, cum adjacente oppidulo in *Brisgovia.*

e) *Burchardus* primus fuit Dux Sueviae *Conradi* Germaniae Regis beneficio an. 916. constitutus. *Schoepfflin Alsat. illustr. Tom. 2. p. 539. Hepidannus Burchardi* mortem in an. 925. ponit ex hac charta corrigendus. charta nostra data est ante mensem Majum, cum ex auctore coaetaneo Chronici *S. Galli* pateat *Burchardum* obijsse in Italia VI. non. Maji 926. illum comitibus *Mortenaviae* non bene adnumeravit *Hergottus.*

f) Uxor *Burchardi* Ducis, quae hic vocatur *Hegenwida* a *Rhegnionis* continuatore *Wida* appellatur.

g) Hodie *Ettenheimwiler* viculus semi-leuca *Ettenhemio* distans in supremo Episcopatus Argentinensis Dominio,

h) Vicus destructus prope Abbatiam *Ettenheimensem*, nomen retinuit villa dicta *Gisenburg-hoff.*

i) *Henricus* Auceps Rex Germaniae an. 919. renunciatus.

l) *Bernoldum* fuisse comitem in *Brisichgowe* refert *Hergottus.*

m) Mallus publicus, publicus conventus in quo majores causae disceptabantur, judiciaque majoris momenti agebantur a Comitibus, Missis Dominicis alijsque judicibus *Du Cange.* Ex mallo publico, qui olim

ibi

ibi habebatur, nomen suum derivasse videtur hodiernum oppidulum *Mahlberg* in Marchionatu Badensi et Dioecesi Argentinensi situm. Mallus quoque denotat conventum Procerum alicujus regionis, einen land-tag. *Schilter Glossar. pag. 561.* confer. quoque *Wachteri* et *Haltausij* glossaria. a mallus derivatur mallare, ad mallum citare, in jus vocare. mallatio, citatio etc.

n) Hodie *Kinstorff*.

o) *Richwinus* Episcopus Argentinensis.

p) *Wolffhardus* sive *Wolferdus* Abbas Ettoniani monasterij.

LXXXI.

BULLA STEPHANI VIII. PP.

Confirmantis fundationem Abbatiae Broniensis in Comitatu et Dioecesi Namurcensi, quae nunc nuncupatur sancti *Gerardi* Abbatia. a) Data *Romae* XXVII. Apr. 930.

Inter Episcopos, qui huic bullae subscripserunt, legitur:

Richwinus stratburgis Episcopus subscripsit, amen.

Ediderunt:

Miraeus Dipl. Belgicor. lib. 2. *c.* 21. *operum ejus Tom. I. p.* 257. edit. secundae. et *Mansi Tom.* 18. *Concil. pag.* 382.

a) Haec bulla notis caret chronologicis. Illam anno 939. attribuit *Georgisch in Regestis Chronologico Diplo-*

plomaticis Tom. 1. *pag.* 211. sed non bene. Eandem ad an. 942. rejiciunt *Miraeus* et *Mansi* quos sequitur *de Brequigny table chronologique des Diplomes Tom. I. pag.* 407. ideoque vendicant *Stephano* IX. qui ab an. 939 – 943. Romanae praefuit Ecclesiae. Cum vero *Richwinus* stratburgensis Episcopus, qui ibidem inter subscriptos legitur, an. 933. obierit, Bulla haec necessario danda est *Stephano VIII.* qui anno 929. electus, mense Martio 931. defunctus est.

LXXXII.

DIPLOMA HENRICI AUCUPIS IMP.

quo confirmat fundationem modo dictae Abbatiae Broniensis, eamque in suam recipit protectionem.

Datum *Aquisgrani* V. Aprilis 932. Testis legitur: *Richwinus stratzburgis* Episcopus.

Ediderunt ex autographo Abbatiae Broniensis:

Fisen Histor. Leodiensis Tom. 1. *pag.* 145. et *Miraeus in Codice Donationum piarum oper. Diplom. Tom.* 1. *c.* 30. *p.* 38.

LXXXIII.

ACTA ET CANONES

Concilij secundi Altheimensis celebrati ab undecim Episcopis circ. an. 931. vel 932. in quo

Rychu-

Rychuvinus Argentinensis Episcopus subscripsit.

Ediderunt

Ex *Codice Decretorum Burchardi lib.* 1. *c.* 227. *Leuekfeld in Antiquit. Halberstadensibus. Mansi in collectione nova Conciliorum Tom.* 18. *p.* 331. *et* 359. *Schaten. Annal. Paderborn. part.* 1. *lib.* 3. *p.* 250.

LXXXIV.

ACTA ET CAPITULA

Concilij Erfordiensis in Causa Disciplinae Ecclesiasticae celebrati prima junij an. 932.

Considente Religiosissimo *Rino* Argentinae civitatis Episcopo.

Ediderunt:

Baronius Annal. Eccles. Tom. 10. *ad an.* 933. *num.* 1. *pag.* 719.

Binius Concil. Tom. 3. *part.* 2.

Labbeus Tom. 9. *Concil. p.* 591.

Harduinus Tom. 6. *Concil. part.* 1. *p.* 573.

Harzheim Concil. Germ. Tom. 2. *p.* 601. *et Mansi Tom.* 18. *p.* 362.

LXXXV.

DIPLOMA *OTTONIS* MAGNI REGIS quo ad deprecationem *Hermanni* Ducis privilegia concedit Abbatiae Ensidlensi dictae *Heremus Deiparae matris*, ubi Dominus *Eberhardus* Heremita ecclesiam a fundamentis aedificaverat et coetera aedificia monachis ad habitandum construxerat, quamque tunc ille praeclare moderabatur.

Datum *Franconefurt* XXVII. octobris DCCCC XLVI.

Ediderunt:

Hartmannus in Annal. Heremi Deiparae p. 46.

Magerus Advocatiae armatae c. 5. *p.* 153.

Guillimanus de Episcopis Argentin. p. 145.

Mabillon in Actis SS. ord. S. Benedicti Tom. VII. Seculo V. pag. 242.

Gallia Christiana Tom. V. instrum. p. 510.

LXXXVI.

DIPLOMA SECUNDUM OTTONIS M. REGIS quo admonitione ac suggestione filij *Liutolfi* ac *Hermanni* Ducis quasdam res juris sui in villa *Quadravedes* sive *Grabs* Abbatiae Einsidlensi et *Eberhardo* Heremitae Dei famulo concedit.

Da-

Datum *Franconefurt* XXIV. januarij an. 948.

Ediderunt:

Hartmannus in Annal. Eremi Deiparae p. 48.

Hergott Geneal. Habspurg. Tom. 2. *p.* 75.

LXXXVII.

CHARTA WIZERICI ET AZZONIS FRATRUM,

qua praedia quaedam in banno *Düppichheim* concedunt Ecclesiae Argentinensi.

Data 26. Sept. 951. ex apographo Tabularij Episcopatus Argentinensis:

Si aliquid de rebus nostris ad loca sanctorum concedimus, mercedem inde in eterna beatitudine habere non diffidimus. Ideoque nos *Wizericus* et *Azzo* frater meus pro remedio animarum nostrarum et remissione peccatorum nostrorum tradimus ad monasterium Argentinensis civitatis in honore sancte *Marie* Genitricis Christi dedicatum in marca, que vocatur *Dubincheim* a) quadraginta quatuor hubas b) et quidquid ad easdem hubas jure legitimeque pertinere videtur, id est, capellam ibidem constructam cum curtibus, cum casis, mancipijs et edificijs, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, quicquid dici aut nominari potest, tradimus atque transfundimus ad supra memoratum monasterium perpetualiter, ut ad usum fratrum ibidem servien-

 tium

tium Deo in panem, vinum et pulmenta c) redigantur in ea videlicet ratione, ut tamdiu vixerimus ego *Wizericus* et *Azzo* frater usu fructuario has hubas obtineamus et post discessum nostrum quisque nostrorum proximus in advocatum dictarum hubarum constituatur. si quis vero, quod fieri non credimus, nos aut aliquis de heredibus nostris contra hanc chartam venire temptaverit, inferat ad partem monasterij auri uncias duas, argenti pondera quinque et quod repetit, evindicare non valeat, sed firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum in Civitate *Argentina* sexto Cal. Octobris Anno Incarnationis Domini DCCCCLI. Regnante *Ottone XV.* anno regni ejus, *Utone* praesule, *Lutolfo* Duce d) *Hugone* comite e) *Hartzwigo* Advocato f).

a) Hodie *Duppichheim* vicus, qui est feodum Ecclesiae Argentinensis *D. de Flachsland* concessum.

b) Huba, ein hub, mansus, vid. *Scherzij glossarium Germanicum Tom. I. p. 700.* ubi ejus valor designatur.

c) Pulmentum saepius in regulis monasticis occurrit, accipitur ibi pro quovis obsonio sive quacunque dape. *du Gange glossarium.*

d) *Ludolfus* erat filius natu major *Ottonis I.* Imp. ex *Edgida* Angliae principe. Successit an. 950. in Ducatu Sueviae et Alsatiae *Hermanno* Duci, cujus filiam *Idam* in uxorem duxerat. plura de eo *Schoepfflin Alsat. Illustr. T. 2. p. 541.*

e) *Hugo III.* Abbatiae Altorfiensis fundator, *Eberhardi* IV. filius et *Hugonis I.* nepos tunc Nordgoviae comi-

comitivam administrabat. *Schoepflin: Alsat. Illustr. Tom. 2. pag. 516.*

f) Prima hic mentio Advocati Ecclesiae Argentinensis.

LXXXVIII.

ACTA ET CAPITULA

Concilij Augustani in Causa Disciplinae Ecclesiasticae celebrati die septima Augusti 952. cui interfuit *Voto Argentinensis Ecclesiae Episcopus.*

Ediderunt:

Goldast Constit. Imper. Tom. 3. p. 307.

Labbeus Tom. 9. Concil. p. 635.

Lünig Reichs Archiv Contin. 2. part. gen. Tom. 4. pag. 61.

Regia Conciliorum collectio. Tom. 25.

Harduinus Tom. 6. Concil. Galliae part. 1. p. 615.

Harzheim Conc. Germ. Tom. 2. p. 622.

Mansi Tom. 18. p. 435.

Canisius Lectionum antiquar. Tom. 3. pag. XI. edit. Basnagij an. 1725.

LXXXIX.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS, quo ad instantiam conjugis suae *Adelheidae* Abbatiae *SS. Felicis* et *Regulae* Turicensi praeter alia bona confirmat Alsaticas in *Selestadt*, *Chunigesheim*, *Altheim* et *Chonesheim* possessiones. Datum 1. Martij DCCCCLII.

Ex autograpo Turicensis Helvetiorum Collegiatae a)

In nomine sancte et individue Trinitatis, *Otto* divina favente Gratia Rex, si liberalitatis nostre munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficij et necessitates Ecclesiasticas nostro relevamus juvamine atque regali tuemur munimine, id nobis ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad eternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Qua propter comperiat onmium fidelium nostrorum presentium scilicet ac futurorum industria, qualiter dilecta conjunx nostra *Adelheida* deprecata est Celsitudinem nostram, ut nostre tuitionis defensionisque immunitatem super res pertinentes ad monasterium, quod est situm in vico *Turegi*, ubi sanctus *Felix* et sancta *Regula* martyres christi corpore requiescunt, facere juberemus, Nos itaque suggestioni carissime conjugis nostre *Adelheide* libenti animo assensum prebuimus et jussimus fieri hanc nostre authorita-

tis

tis immunitatem ſuper omnes res pertinentes cum locis hominibusque nominatis, Eccleſiam ſancti *Petri* cum curte ſubjecta et curtem que dicitur *Stadelhof* a) et curtem in *Boswile* b) cum adjacentijs ſuis et villam *Wipkingen* c) nec non etiam dimidiam partem Eccleſie in villa *Rumelanc* d) cum manſis octo adjacentibus una cum illis que in *Vellanden* e) prius habuerat et in *mure* f) et in *Kenowa* g) et in *Burgla* et *Silana* h) que duo loca in preſentia noſtra acquiſierunt, ſimiliter in Alſatia *Slezistat*, *Chunigesheim* i) *Altheim* k) *Chonesheim* l) *Ludreticbova* m) *Horga* n) in *Uſtera* o) cenſum debitum cum omnibus que nunc habent aut in poſterum habituri ſunt. Quapropter per hoc noſtrum preceptum decernimus atque jubemus, ut nullus judex publicus vel Comes vel quilibet ex judiciaria poteſtate in ullis rebus pertinentibus ad predictum monaſterium aliquam injuſtitiam facere preſumat, aut ullam diſtrictionem, et homines tam ſervos, quam liberos, qui illic commanere videntur, nullo unquam tempore diſtringere aut infeſtare aliquis audeat ex preſcriptis poteſtatibus, nec fide juſſores tollat, nec ullas redibiciones vel freda aut bannos exigat, aut alicujus injurie vim inferre preſumat, ſed ſub noſtra defenſione et munitatis tuitione cum advocatis ibi conſtitutis res ille ſecure per diuturna tempora permaneant. Et ut hec authoritas hujus immunitatis ac confirmationis noſtre firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur et diligentius obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavi-

 mus

mus et annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Signum Domni *Ottonis* ſereniſſimi Regis.

Wigfridus Cancellarius ad vicem *Brunonis* Archicapellani recognovi. Data Kal. Martij Anno Incarnationis Domini noſtri *jehſu* chriſti DCCCC LII. Indictione X. anno vero regni Domni *Ottonis* XVI. Actum apud *Turegum* in Dei nomine Amen.

a) Curtis *Stadelhoven* ſita erat in parte meridionali veteris circuitus Urbis Turicenſis, nunc vero in novo circuitu incluſa. Nomen ejus retinuit platea ejusdem civitatis.

b) *Boswyl* vicus prope Abbatiam Murenſem.

c) *Wipkingen* vicus infra *Turicum*.

d) *Rumlang* ſive *Rümlingen*.

e) *Fallanden*.

f) *Mur*.

g) Villula in parochia *Kusnach* ſita ad lacum Turicenſem.

h) *Bürglen* et *Silenen* parochiae duae in ditione Urienſi ſitae.

i) Hodie *Kinsheim* prope *Seleſtadium*.

k) Adhuc hodie *Altheim*.

l) Hodie *Kiensheim* prope *Keiſersbergam*.

m) *Loudretikon* vicus in parochia *Talwyl* ſitus ad ripam lacus Turicenſis occidentalem.

n) *Horguen* vicus major ſupra *Talwyl*.

o) *Uſter* vicus ditionis Turicenſis.

XC.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS

quo *Hartperto* Curienſi Epiſcopo loca in Alſatia et in *Seleſtadt*, *Winzenheim*, *Kinsheim* et *Breitenheim* ſita ab Anteceſſoribus Regibus Eccleſiae Curienſi tradita confirmat.

Datum XV. Octobris 952.

Ex antiquiſſimo Epiſcopatus Curienſis *Urbario*. a)

In nomine ſanctae et Individuae Trinitatis. *Otto* Divina concedente clementia Rex, noverit omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum induſtria, qualiter *Hartpertus* Curienſis Epiſcopus b) attulit nobis praecepta Anteceſſorum noſtrorum Regum c) videlicet in noſtram praeſentiam, quasdam res in pago Eliſacenſe continentia ipſas injuſte a jure ſancte Curienſis Eccleſie proclamando ablatas, nos vero certitudinem ſuae proclamationis in ipſis praeceptis cognoſcentes interventu et ſuggeſtione venerandae Genitricis noſtrae d) atque dilectae conjugis e) hoc noſtrae auctoritatis conſcripto priora Regum praecepta renovare et iterato corroborare decrevimus, omnimodis praecipientes, quatenus loca in praefato pago *Eliſacia* ſicut ab Anteceſſoribus noſtris Regibus fuerunt ad praedictam Eccleſiam in integrum tradita et ſanctiſſimae Virgini *Mariae* Chriſtique confeſſori *Lucio* f) habenda atque noſtra auctoritate aeternaliter ad praelibatam eccleſiam confirmata.

Inde-

Indeque hoc nostri praecepti conscriptum fieri jussimus, per quod volumus, firmiterque jubemus, ut jam tradita ab Antecessoribus nostris loca, id est, Capellam in *Slezistat* et *Vincinheim* et in *Chuniggesheim* et in *Brettinheim* et in alijs locis ad praenotatam corroborata permaneant Ecclesiam cum curtilibus, aedificijs, mancipijs, pratis, pascuis, silvis, vinetis cum vinitoribus, campis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, cultis et incultis, quaesitis et inquirendis, omnibusque ad praefata loca jure legitimeque pertinentibus, ea sane ratione, quod praedictus Episcopus posterique illius ejusdem Ecclesiae provisores liberam et securam habeant potestatem, his ecclesiastico jure fruendi. Et ut haec nostrae liberalitatis concessio firmius veriusque ab omnibus crederetur, hoc praesens praeceptum conscribi jussimus, anuloque nostro figillari et manu propria supter confirmavimus. signum Domni *Ottonis* invictissimi Regis. *Brun* Cancellarius ad vicem *Friderici* Archi Capellani recognovi et subscripsi.

Data jdibus Octobris anno Incarnationis Domini DCCCCLII. Indictione decima, Anno *Ottonis* Regis Regni XVI. Actum in loco *Vroaza* g) Amen.

a) Chartam communicavit *D. de Jost* supra jam memoratus.

b) *Hartpertus Waldonis* in Episcopatu Curiensi successor an. 969. vel secundum alios an. 973. obijt. *Leu Helvetisches Lexicon Tom. 5. pag. 266. sq.*

c)

c) Chartas nempe *Ludovici* Pij an. 836. *Caroli Crassi* an. 880. et *Arnolphi* an. 888. vid. *Historiam Episcoporum Argentinens. Tom. 2. pag. CCIII. CCLXVII et CCLXXXI.*

d) *Mathildis Theodorici* Ringelheimensis Comitis filia.

e) Scilicet *Adelheidis Lotharij II.* Italiae Regis vidua, quam anno praecedente 951. in uxorem duxerat *Otho.*

f) *Lucius* primus Ecclesiae Curiensis Episcopus. vid. *Gulerus, Sprecherus, Bruschius, Bucelinus* et alij.

g) *Vroaza* sive *Frosa* curtis regia cum palatio in pago *Northuringia*, hodie oppidulum dictum *Frose* ad Albim situm, tribus leucis supra *Magdeburgum* in Ducatu *Magdeburgensi.*

XCI.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS

Concessum *Uthoni* Episcopo Argentinensi quo homines Argentinensis Ecclesiae ab omnibus vectigalibus immunes declarat.

Datum XIII. Februarij. 953.

Ex apographo Tabularij Episcopalis Argentinensis.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* divina favente Clementia Rex. Notum igitur esse volumus omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris, quia vir venerabilis *Uto* strazburgensis Ecclesiae Episcopus adiens clementiam

no-

noſtram obtulit obtutibus noſtris quam plurimas praeceptionum auctoritates Imperatorum etiam ac Regum pia conceſſione ſuae Eccleſiae collatas, in quibus continebatur quod ijdem Anteceſſores noſtri pro emolumento animarum ſuarum eidem ſtrazburgenſi Eccleſiae conceſſiſſent, ut ubicunque per civitates et vicos vel portus, excepto *Quentowico*, *Doreſtato* atque *Cluſas*, homines memoratae Eccleſiae navigio aut terreno id eſt cum carris et ſaumarijs negotiandi gratia irent et redirent, nullum teloneum quisquam reſpublicae adminiſtrator ab eis exigeret. Pro firmitatis namque ſtudio petijt idem *Uto* venerabilis Epiſcopus, ut Imperatorum ac Regum Anteceſſorum videlicet noſtrorum auctoritatibus hanc noſtram ſuper adderemus auctoritatem. Cujus petitioni etc. (vid. *hiſtor. Epiſcopor. Argentinenſ. Tomo* 2. *p. CXCV.* ubi in Diplomate *Ludovici Pij* Imp. an. 831. reliqua leguntur) Et ut haec confirmationis noſtrae auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manu noſtra ſubter eam firmavimus et anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum Domni *Ottonis* ſereniſſimi Regis. *Brun* Cancellarius ad vicem *Fridurici* a) Archi Cappellani recognovi.

Data Idibus Februarij anno Incarnationis Domini DCCCC.LIII. Indictione XI. Anno vero Regni *Ottonis* Regis XVII.

Actum in *Herenſtein* b) Palatio in Dei nomine feliciter Amen.

a)

a) Vid. *Mallinkrot de Archi Cancellarijs* apud *Wencker in Collectis Archiv. pag.* 260.

b) Dicitur hodie *Erstein*; est vicus insignis ad fluvium *Ellum* situs inter *Argentinam* et Abbatiam Aprimonasteriensem. *Ottonem* primum filiumque ejus *Ottonem II.* in Ersteinensi palatio habitasse, docent chartae ab ipsis ibidem signatae, quas allegant: *Besselius Chron. Gottwic. Tom.* 2. *pag.* 481. *Schöpfflin Alsat. Illustr. Tom.* 1. *pag.* 700.

XCII.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS quo *Hartperto* Curiensi Episcopo et ejus Ecclesiae confirmat et restituit bona in *Selestadt*, *Kinsheim*, *Odrazheim*, *Breitenheim*, *Schwabsheim*, *Gemar*, *Wintzenheim* et *Muntzenheim*.

Datum XXIV. Februarij 953.

Ex autogr. Tabularij Ecclesiae Curiensis a).

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* divina Gratia favente Rex. Noverint omnes in Christo fideles nostri, qualiter fidelis noster *Harpertus* venerabilis Ecclesiae Curiensis Episcopus obtulit praesentiae nostrae praecepta Regum Antecessorum nostrorum continentia quamdam proprietatem in Alsatia ab ipsis praefatae Ecclesiae firmiter condonata, diu tamen inde injuste abstracta, Nos vero in ipsa provincia habito colloquio veritatem ejusdem donationis fidelium nostrorum relatione testiumque idoneorum approbatione, coram

ram omnibus investigantes ob amorem Dei ipsiusque sanctissimae Genitricis *Mariae* et sancti confessoris Christi *Lucij* eandem proprietatem quam periculose et injuste cognovimus ablatam, consultu procerum nostrorum, praefatae Curiensi Ecclesiae priora Regum praecepta roborando, hoc nostrae auctoritatis scripto restituimus; hoc est in villa *Selezzistat* b) ecclesia cum omnibus sibi legaliter pertinentibus decimis et praedijs ac mancipijs atque in alijs ejusdem provinciae locis in *Chuningesheim* c) ecclesia cum suis subsistentibus in *Odoltesheim* d) in *Breitenheim* e) in *Swabesheim* f) in *Gemare* g) in *Winzenheim* h) curtis et ecclesia in *Monchenheim* i) cum omnibus adjacentijs, quaecumque nominari possunt, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, magnis et parvis, quaesitis et inquirendis cum omnibus appendicijs. jussimus quoque hoc praeceptum conscribi, per quod firmiter jubemus, quatenus praelibatus *Hartpertus* Episcopus ipsiusque Ecclesiae successores liberam habeant potestatem habendi, commutandi et jure Ecclesiastico fruendi. Et ut haec auctoritas nostra permaneat firma, manu propria subtus eam firmavimus et sigilli nostri impressione insigniri praecepimus.

Signum Domni *Ottonis* serenissimi Regis. *Brunn* Cancellarius ad vicem *Friderici* Archicapellani recognovi.

Data VI. Kal. Martij Anno Incarnationis Domini DCCCCLIII. Indictione XI. regnante pijssimo Rege *Ottone* XVII.

Actum

Actum in loco *Erenstein* feliciter regali colloquio.

a) Ex autographo communicavit *D. de Jost.* Illud ex collectaneis *Stumpfij*, quae extant *Turici*, edidit *Schöpflin Alsat. Diplom. T. 1. p. 112.* sed mendose, indicavit *Tschudius in Gallia Comata p. 317.*

b) Hodie *Schletstadt*, *Selestadium.*

c) *Kinsheim.*

d) *Odrazheim* prope *Kirchheim.*

e) Adhuc *Breitenheim.*

f) *Schwabsheim* pertinens ad Episc. Argent.

g) *Gemar* oppidulum.

h) Adhuc *Winzenheim.*

i) Hodie *Muntzenheim* in comitatu Horburgensi.

XCIII.

DIPLOMA OTTONIS I. REG. ROM. quo per interventum dilecti fratris sui *Brunonis* fratribus Deo sanctoque *Nazario* servientibus in *Lauresham* ad usus illorum in proprium concedit quicquid hoereditarij juris *Guntramnus* habuit in pago *Elisaza* situm et in Comitatu *Bernhardi* comitis, suae vero potestati ut subjaceret fiscatum id est, triginta hubas in villis *Brumagad* a) (Brumat) et in *Mumenheim* (Mummenheim) et in *Grioz* (Gries) et in *Walahon* (Wahlenheim) et in *Berneshheim* (Bernisheim) et in *Moresheim.*

Actum publice in Civitate *Mogontia* XI. Augusti DCCCCLIII.

Vid. *Codex Lauresham. Diplom. Tom.* I. *p.* 120.

a) *Brumat* ſive *Brumpt* Abbatiae Laurishamenſi ab *Arnolfo* Rege conceſſum fuit, ut patet e diplomate dicti Regis dato ad *Wezzinloch* XXVII. Novembris 889. quo quendam fiſcum proprij juris ſui nominatum *Bruchmagat* in Eliſatia ad ſanctum *Nazarium*, qui requieſcit in monaſterio nuncupato *Lauresham* . . . Cum Eccleſijs et aedificijs tradidit atque donavit. *l. c. p.* 92. *Gerbodo* Laureshamenſis ab an. 948 – 970. Abbas Eccleſiam ſatis decoram in ſupradicto loco *Brumat* exſtruxit, teſte ejusdem monaſterij *Chronico* ibid. *p.* 121. regnante *Henrico IV.* Imperatore *Winitherus* Abbas *Sigehardi* Comitis frater et opinati illius *Adalberti* Mogontinae ſedis Archiepiſcopi villam, immo Regalis munificentiae curiam *Brumat*, medullam ſcilicet Laureshamenſis Eccleſiae et terram agri pleni, quem benedixit Deus, praedicto fratri ſuo inbeneficiavit, ibid. *pag.* 198. *Winitheri* ſucceſſor *Anſhelmus Brumat* Imperatoriae Majeſtatis patrocinante clementia cum alijs fiſcis regalibus, quos ille laicorum ditioni ſubjecerat, eccleſiae ſuae fratrumque ſervitio reſtituit. pag. 200. Conſtat ex epiſtola Laureshamenſium ad *Paſchalem* PP. et *Henricum V. pag.* 230. illos fuiſſe deſpoliatos *Brumat*, quod fuit traditum militibus in beneficium. Sub eodem Imperatore *Benno* ex *Wizenburgenſi* monaſterio imperiali favore Abbatiae Laurishamenſi ſub introductus praeter caeteras enormitates *Brumat* ab Eccleſia ſub nomine beneficij alienavit . . *pag.* 232. Locus inde ad Abbatiam Laurishamenſem nunquam redijt, tranſijtque ad Alſatiae Landgravios. In notitia hubarum Abbatiae Laurisham: in *Cit. Codice Tom. III. pag.* 227. ſequentia leguntur: Haec ſunt villae, quae adtinent ad *Brumath* cum omni jure, *Wilre* (Krautweiler) *Bernesheim*, *Kriegesheim*, *Morsheim* et *Ratolfesheim* cum Eccleſia et predio.

XCIV.

XCIV.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS

quo *Baltramno* ejusque monachis in *Colanesberg* Abbatiam Lutrensem concedit, accepto consilio ab Episcopis, Abbatibus et omnibus fidelibus, qui in Pascha Domini cum ipso *Quintilingaburg* manebant.

Datum in *Quedlimburg* VI. Apr. 959.

Ex Tabulario Capituli Equestris Lutrensis.

Ediderunt:

Mabillon in Actis SS. Ord. S. Benedicti T. VII. Seculi V. p. 277.

Eccardus Orig. Habspurg. Austriac. num. 33. *pag.* 169.

Calles Annal. Eccles. Germaniae part. 4. *libr.* 6. *num.* 45.

Bouquet scriptor. rer. Franc. Tom. 9. *p.* 385.

Hartzheim Conc. Germ. Tom. 2. *p.* 625.

Schöpfflin Alsat. Dipl. T. 1. *p.* 113.

XCV.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS circa Bona Alsatica *Hartperto* Curiensi Episcopo et ejus Ecclesiae concessa. Datum anno 960. ex antiquissimo Ecclesiae Curiensis Urbario. a)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* Divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri praesentes scilicet et futuri, qualiter venerabilis Episcopus Ecclesiae Curiensis *Hartpertus* noster fidelis nostram precatus est Clementiam, ut quamdam proprietatem ad eandem Ecclesiam Curiensem pertinentem nomine *Chiriheim* cum basilica decimali et omni pertinentia legitima in Ducatu Alamanniae in Comitatu Neckergewe, quam nos ipsi cum manu praelibati praesulis in loco *Closheim* b) praesentibus nostri Colloquij quam plurimis a Rege *Cuonrado* c) datis in Alsacia ejusdem Ecclesiae praedijs d) in legitimum concambium recepimus et eidem scripto nostro firmavimus ob commodam sibi utilitatem nostrae proprietatis commutatione justa in jus Regium nostrae ditionis reciperemus. Nos quoque precatum praenominati Pontificis congruum approbantes, consultu fidelium nostrorum eandem, quam nobis in concambium exhibuit, praefatae Ecclesiae proprietatem ab ipso recipientes, e contra in Comitatu Rhetiae in vico *Curia* e) curtem nostram regalem nominatam,

quam

quam comes noſter ipſius loci *Adelbertus* ... beneficium hactenus a nobis obtinuit, vallem quoque *Pergalliae* cum omni diſtrictione placiti et banni hactenus ad Comitatum pertinentis, ſed et totius inquiſitionis cenſus ſive in montibus et planis, campis et ſilvis ad ipſam marcham pertinentibus, nec non teloneum in ipſa valle ab itinerantibus omnibus temporibus perſolvi conſuetum, modo vero in eodem loco *Curia* datum, Curſum quoque omnem ab ipſa Centena et ſtulcacia Curienſi de partu ovino et procuratione bannita falconum et de Hoſti ſana cum tota inquiſitione integri cenſus et banni de ponte et omni vendicione ipſius loci, totumque exactum a liberis hominibus ſive a quartanis ac coeteris cenſualibus in montanis et planis et colonis montanaricis, eccleſiam videlicet in Caſtello *Beneduces* f) et *Rhaezunnes* g) cum ſuis decimis ac omnibus ſibi eccleſiaſtice pertinentibus ad idem Epiſcopium in proprium tradidimus, ea ſcilicet ratione, quatenus praedictus Epiſcopus omnesque in poſterum ipſius epiſcopij proviſores omnia praenominata, ipſamque curtem regalem, cum omnibus ad eandem juſte et legaliter pertinentibus curtibus, curtilibus, aedificijs, mancipijs utriusque ſexus, Colonis et Vaſellarijs cunctis montanis ſicut ſemper ad ipſam curtem ſerviebant ſub ipſo comite et patre ejus, et omnibus manſis ſive ſint in beneficium data ſive ſerviant ad curtem Dominicam cum alpibus et vineis omnibus, exceptis duabus in *Trimine* h) cum vinitoribus duobus et acolis et foreſtis cinctis duabus cum conſueta cin-

ctionis districta, agris, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis et fundis pertinentibus, exitibus et reditibus, cultis et incultis, quaesitis et inquirendis eidem condonavimus ad praefatum Episcopatum, in ipso Comitatu in locis montanis totum beneficium *Bernhardi* praefati Comitis vasalli et in *Raine* et *Pictaso* Ecclesiam cum decimis omnibus, terris cultis et incultis, quaesitis et inquirendis et cunctis juste sibi pertinentibus, piscationem quoque in lacu *Rivano* i) et in *Aquasedes* cum piscatoribus et terris secundum priscam consuetudinem debita districta banni nostri a liberis hominibus, sicut ad nostram semper potestatem pertinebat. Et ut hec auctoritas nostra firmius veriusque credatur, jussimus hanc chartam inde conscribi, manuque propria illud firmantes sigillo nostro insigniri praecepimus.

Signum Domni *Ottonis* serenissimi Regis. *Liutolfus* Cancellarius ad vicem *Wilhelmi* Archicapellani recognovi. Data . . . . . . Anno Dom. Incarnationis DCCCCLX. Indictione tercia, anno autem Regni Serenissimi Regis *Ottonis* XXV. Actum . . . . . In Dei nomine feliciter, amen.

a) Diplomatis hujus apographum communicavit *D. de Jost.*

b) *Closheim* locus pagi Lobodunensis ad *Nicri* sinistram de quo agit *Cl. Lameyus in Actis Academiae Theodoro-Palatinae Tom. 1. p. 227.* perijt hic vicus distans mille circiter passibus a *Seckenheim* versus Neckeraviam, supersunt veteris sacelli rudera, quod ad Ecclesiam Collegitam *S. Martini* Wormatiensem pertinuit.

c)

c) *Conradus* primus Rex Germaniae cui an. 919. successit *Henricus* Auceps pater *Ottonis* M.

d) De bonis hisce in Alsatia sitis agunt praecedentes Ecclesiae Curiensis chartae.

e) *Chur* gallice *Coire* caput hodiernae Rhetiae.

f) Hodie *Bonaduz*.

g) Hodie *Raetzuns* sive *Rhetzuns*.

h) Hodie *Trimnis*.

i) Lacus in tractu Comitatus Sarganfensis, qui hodie dicitur *Wablenstatdersee*.

XCVI.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS

quo *Dietlando* Abbati confirmat privilegia Abbatiae Ensidlensis sive *Eberhardiscellae*, ubi Dominus *Eberhardus* Heremita Ecclesiam a fundamentis aedificaverat ac coetera aedificia a monachis inhabitanda construxerat.

Datum *Ratisbona* III. Februarij DCCCCLXI.

Edidit.

Hartmannus in Annalibus Heremi Deiparae pag. 63.

XCVII.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS
quo confirmat concambium monachorum Schwarzacensium cum *Hartperto* Episcopo Curiensi, loca singula Schwarzacensibus concessa recensens. Datum 17. Maji. 961.

Ex autographo Tabularij Abbatiae Schwartzacensis a)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* Divina favente clementia Rex. Notum sit omnibus praesentibus scilicet et futuris fidelibus nostris, qualiter monachi de monasterio, quod est constructum in honore *S. Petri* Principis Apostolorum *Swarzaha* nuncupato et *Chuonradus* comes, cui ipsius monasterij procurationem extrinsecus muniendam commisimus, nostram adiere Celsitudinem, referentes nobis quoddam Concambium cum locis ad ipsum monasterium omnibus in Ducatu Alamannico pertinentibus, cum Venerabili *Hartperto* Curiensi Episcopo suoque advocato peractum habuisse, ab illo recipientes loca nominata in pago *Prisibcewe* in villa *Niwerichesbusa* b) et in comitatu *Mortenuva* in villa *Tuntelinga* c) quicquid ad ipsum pertinebat Episcopum, quae nos in loco *Closheim* una cum manu prefati Episcopi de Rege *Chuonrado* in legitimum concambium dato praedio praescripti d) Episcopi in Alsatia multis praesentibus recepimus nostram efflagitantes Domi-

nacio-

nacionem ejusdem commutacionis factum nostrae auctoritatis scripto roborandum, quod quia commodum utrisque sanctis locis veraci relacione nostrae serenitati innotuit, ipsorum petitionibus assensum praebentes ob communem utilitatem hoc praesens praeceptum jussimus inde conscribi, per quod jubemus eandem compactionem ab utrisque peractam cum omnibus jure et legaliter ad praenominata loca pertinentibus, cum curtilibus, aedificijs, mancipijs, agris, pratis, forestis, silvis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus et reditibus, cultis et incultis, vijs et invijs, quaesitis et inquirendis et cum omnibus appendicijs suis, firmam et inconvulsam ac perpetim mansuram permanere, manuque propria, ut verius omnibus credatur, firmiusque servetur, subtus firmavimus, annulique nostri impressione muniri praecepimus.

Signum Domini *Ottonis* Serenissimi Regis.

Liutolfus Cancellarius ad vicem *Wilhelmi* Archicapellani e) recognovit. Data XVI. Kal. junij anno Dom. Incarnat. DCCCCLXI. Indictione IIII. Regnante Serenissimo Rege *Ottone* anno XXVI. Actum *Wormatiae*. In Dei nomine feliciter amen.

Ediderunt:

a) *De Gudenus in Sylloge p. 50.* sed cum mendis. rectius *Deuren in Actenmässige geschichte der sachen Schwartzach contra Baden p. 46. et Schöpflin Alsat. Diplom. Tom. I. pag. 115.*

b) Hodie *Neversbausen* in *Brisgovia*.

c) *Dündelingen* in Ortenavia prope *Labram*.

d) Vid. praecedens *Ottonis* M. charta de an. 960.

e) De *Wilhelmo* Archiep. Mog. *Ottonis I.* Imp. filio confer. *Besselij Chronicon Gottwicense Tom. 1. p. 183.* Sub *Ottone* Archicancellariatus Officium vagum antea et inconstans serie continua a *Wilhelmo* ad Successores in sancta sede Moguntina propagatum semper remansit. vid. *Mallinkrot de Archicancellarijs apud Wenckerum in Collectis Archivi p. 265.* et *Eckhart introductio in rem Diplomaticam sect. 3. p. 136. Liutolfus* fuit legatus *Othonis* in Concilio Trevirensi an. 948. celebrato, vocaturque a *Flodoardo* Concilij acta narrante Legatus et Capellanus Regis, in *historia Ecclesiae Remensis lib. 4. c. 37. apud Bouquet Tom. 8. pag. 175.*

XCVIII.

DIPLOMA OTTONIS M. REGIS

quo confirmat concambium *Hartperti* Episcopi Curiensis cum monachis Schwarzacensibus loca singula *Hartperto* tradita enumerans. Datum 17. Maji an. 961.

Ex autographo Tabularij Ecclesiae Curiensis a)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* Imperator Augustus. b) Notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris, qualiter *Harpertus* venerabilis Curiensis Episcopus nostram adijt Celsitudinem, referens nobis quod-

dam

dam concambium cum locis ad suum Episcopium Curiense pertinentibus in pago *Brisikewe* in villa *Niwerichescbusa* et in Comitatu *Mortenawa* in villa *Tuntelinga* cum omnibus ad eadem praedia jure pertinentibus, quae nos in loco *Closheim* una cum manu praefati Episcopi de Rege *Chuonrado* in legitimum concambium dato praedio praescripti Episcopi in Alsatia multis praesentibus recepimus, peractum habuisse cum monachis in monasterio *Swarzacha* dicto, quod est constructum in honorem sancti *Petri* principis Apostolorum monasticam vitam colentibus consensu *Chuonradi* comitis, cui ipsius Monasterij procurationem extrinsecus muniendam commisimus, ab ipsis recipiens loca e contra in Ducatu Alamannico in pagis et vicis ita nominatis, in Comitatu *Bara* c) in loco *Bochinga* d) in *Nogelekewe* e) in vico *Chuppinga* f) in *Murnvisesbunzere* in villa *Polinga*, in Comitatu *Apha* g) in loco *Alzheim* h) in comitatu *Herekewe* i) in villis *Zatunhusa*, *Meringa*, *Tiermuntinga* l) cella, *Nunnunwilare* m) *Mosebeim* et in Comitatu *Munticbosbuntera* o) in vicis *Rutelinga* p) *Adalhartesbova* q) *Parchdorff* et locis injuste ab ipso monasterio ablatis et adhuc legaliter inquirendis, *Mose* *) *Griesinga* r) *Ebinga* s) *Berchach* t) *Alamuntinga* u) cum omnibus ad praenominata loca jure et legitime pertinentibus, cum Ecclesijs suisque Decimis, curtilibus, aedificijs, mancipijs utriusque sexus, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, vijs et invijs, exitibus et reditibus, cultis et incultis,

quae-

quaesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus vel quicquid dici vel nominari potest, nostram efflagitans Dominationem ejusdem commutationis factum nostrae auctoritatis scripto roborandum, quod quia commodum utrisque sanctis locis veraci relatione nostrae serenitati innotuit, ipsius praefati Episcopi petitionibus assensum praebentes, ut eadem compactio et commutatio ab utrisque ad communem utilitatem peracta firma et inconvulsa ac perpetim mansura permaneat, jussimus inde hoc praesens praeceptum conscribi anulique nostri impressione roborari, manuque propria subtus firmavimus.

Signum Domni *Ottonis* pijssimi Imperatoris. *Luitolfus* Cancellarius ad vicem *Wilhelmi* Archicancellarij recognovit.

Data XVI. Kal. junij anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXI. Indictione IIII. regnante *Ottone* pijssimo Imperatore Anno XXVI. Actum *Wormatiae*. x)

a) Communicavit ex autographo *D. de Jost*; Notis vero Geographicis illustravit *L. B. de Zurlauben*, qui idem diploma suppeditavit descriptum ex *Aegidij Tschudij miscellaneis MSS. Helveticis*, quae in *Engelbergensi* Helvetiae monasterio asservantur. Id retulit jam *Schöpflin in Alsat. Dipl. Tom. 1. p. 115. sed non sine mendis.*

b) Notandus hic Imperatoris titulus, quem sibi attribuit *Otto*, dum ille ante annum 962. quo *Romae* 3. Februarij coronatus est, solo Regis titulo fuerit usus, vid. *Besselius l. c. pag. 166.* quod etiam ex charta

ta praecedente eodem anno menſe et die data conſtat. Rei difficultatem explicat *Beſſelius*, qui in chartis *Ottonis* de an. 952. et 961. eundem titulum reperit. Conferantur *Auctores Gallici novae Diplomaticae Tom. 5. pag. 737. et Tom. 6. pag. 437.*

c) Notiſſimus eſt pagus *Bara* ad *Nigram ſilvam* ſive *Bertoltisbara*, de quo *Beſſelius Tom. 2. p. 558. Tschudius*, qui hoc diploma deſcripſit, putat legendum eſſe *Beura*.

d) Hodie vicus *Blochingen* prope oppidum *Mengen* in pago *Bara*. Alius occurrit in eodem pago vicus *Baiſingen* dictus prope *Oberndorff* qui *Boſingen* dicitur in antiquis chartis.

e) *Nogelekowe* pagus extendit ſe a fontibus fluvij *Nagoth*, a quo nomen deſumit, ad oppidum *Calb* in Ducatu Wirtembergico et inde uſque ad fluvios *Nicrum* et *Glattam*. *Beſſelius l. c. pag. 699.*

f) *Kuppingen* nunc compellatur in praefectura *Herrenbergica*.

g) Idem ac pagellus *Affa*, de quo *Hergott in Charta Origg. Habsburg. Tom. 2. p. 32.*

h) Forte *Andelſingen* vicus ditionis Fürſtenbergicae.

i) Comitatus ignotus, videtur autem fuiſſe ſitus inter *Danubium* et ditionem Urbis Buchavienſis, ut apparet ex vicis in hoc diplomate comitatui *Herekewe* adſcriptis.

l) *Durmetingen* oppidum prope fluvium *Kanzach*.

m) Forte *Brunnenweiler* ſive *Braunweiler* vicus inter *Buchau* et *Salgen*.

o) Pagus *Munterisbuntare* occurrit in charta *Hergott Origin. Habspurg. Tom. 2. pag. 53.*

p) Vicus *Reutlingen*.

q)

q) *Abrazhoven* vicus.

*) *Mofs* vicus infra *Salgen.*

r) *Griefingen* inter *Danubium* et *Riffam* fluvios.

s) *Ebingen* oppidulum prope *Griefingen* et *Danubium.*

t) *Bercka* prope *Ebingen* ad fluvium *Smib*, qui infra praedictum oppidum *Danubij* undis jungitur.

u) *Almedingen* fupra *Berckam* vicus ad fluvium eundem *Smib.*

x) *Schannat in hiftoria Epifcopatus Wormat. Tom. 1. pag. 325.* refert: ab *Ottone* an. 961. *Wormatiae* fplendide celebrata fuiffe Comitia, in quibus et decreta fuit Italica expeditio et filius ejus *Otto* unanimi procerum totiusque populi communi confenfu regis titulo fuit infignitus.

XCIX.

CHARTA UTHONIS

Epifcopi Argentinenfis concedentis fratribus Ecclefiae fuae Argentin. praedia in *Bohlsbach*, *Stadelhoven*, *Schweighaufen*, *Avenheim*, *Diersheim*, *Gambshurft* et *Folmersheim* Ortenaviae vicis et in Alfatiae vico *Schaftolsheim.* Data an. 961.

Ex libro Salico membranaceo Tabularij Majoris Capituli Argentinenfis fol. 68.

In nomine fanctae et individuae Trinitatis. Divina favente Clementia. Quoniam litteris more fanctorum Patrum fub brevitate folemus annotare, quae fucceſſorum noftrorum memoriae defidera-

mus

mus commendare. Notum ſit igitur cunctis Chriſti fidelis tam praeſentibus quam futuris, qualiter Ego *Vodo* Gratia Dei Argentoratenſis Eccleſiae licet indignus Epiſcopus praedium unum, videlicet decem et octo manſos ejusdem Argentoratenſis Eccleſiae procuratrici glorioſiſſimae Dei Genitrici *Mariae*, ibique ſibi famulantibus pro remedio animarum parentumque meorum, noſtraeque animae pro ſalute legitima aſtipulatione cum vijs et invijs, pratis et arvis, cultis et incultis, coeterisque utenſilibus contradidi. Item autem praedium in *Mortenawa* ſitum eſt, videlicet *Bodelsbach* b) *Staden* c) *Nabbuſen* d) *Owenheim* e) *Diersheim* f) *Gamanesburſt* g) *Triſenheim* h) duo vero menſi ſiti ſunt in terra Alſacienſi, ſcilicet *Scephelingesheim* i) hac autem conditione praedium idem donavimus ut ſinguli manſi praeter ſalicam terram in feſto ſancti *johannis Baptiſtae* quinque ſolidos perſolvant, in feſto vero ſancti *Adelfi* l) quatuor denarios et quatuor pullos, ova decem, in nativitate quoque Domini duodecim panes cubiti unius longitudinem habentes et octo ſuillas ſcapulas maturorum fruſchingorum *) et unam ſitulam cerviſiae et viginti quatuor ymenas avenae, in paſcha Domini ſimiliter duodecim panes et octo Gallinatios. Item ſinguli manſi in vernali aratione duo jugera, in autumnali ſimiliter. Item in hiemalibus meſſibus colligendis ſinguli manſi dent quatuor meſſores, in aeſtivalibus ſimiliter. Item ſinguli manſi ter in anno tribus in placitis quatuor denarios perſolvant. De tributis vero duorum manſorum

rum *Scefelingesheim* jacentium, in Anniverſario noſtro duos maldros panis et unum leguminum in uſum pauperum erogentur, de coeteris ſiquidem omnibus plenum ſervicium fratribus m) ſin autem Dominus hujus beneficij mutabitur, manſus ejus ſucceſſori quinque ſolidos perſolvat, et ſi manſi poſſeſſor obierit, Dominus optimum caput animalis hinc habebit, qui vero manſum acquiſierit, quinque ſolidos Domino dabit. praeterea ſciendum, quod advocatus dimidium manſum hinc apud *Svabbus* ſitum habere debet, quatinus juſtus ſit rector et defenſor, et nullam aliam poteſtatem in hoc praedio exerceat, niſi per Dominum vocetur, ex tunc ſex equis veniat et Dominus ſibi prandium ſufficienter praebeat. Praecipimus autem in verbo Dei auctoritate beatorum Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* et ſub Anathematis vinculo confirmamus, ne quisquis idem praedium ſibi uſurpare vel diſtrahere audeat, vel in alium quam in uſum fratrum expendere praeſumat. Et ut haec majorem confirmationem habeant et inconvulſa permaneant, ſcribi et impreſſione noſtri ſigilli fecimus inſigniri. Acta ſunt autem haec a nobis Anno ab Incarnatione Domini noſtri *jehſu* Chriſti DCCCCLXI. Indictione IV. *Ottone* Rege regnante.

b) Hodie *Bohlsbach*, vicus Ortenaviae pertinens ad Domum Auſtriacam, tribus quadrantibus ab *Offenburgo* diſtans, in quo cum Rectore parochiae Offenburgenſis decimas dividit ſummum Capitulum Eccleſiae Argentinenſis.

c)

c) Forte *Stadelboven* ſitus in parochia *Ulm* ultra *Rhenum*, in territorio Epiſcopatus Argentinenſis, in quo decimarum partem cum alijs reditibus percipit ſummus chorus ejusdem Eccleſiae Cathedralis.

d) *Schweighauſen* ultra *Rhenum* ſitus in territorio Episcopatus Argentin. pertinens ad Abbatiam Ettenheimenſem.

e) *Avenheim* ſpectans ad Landgravium Haſſo-Darmſtadienſem.

f) *Diersheim* feodum Eccleſiae Argentin., quod poſſidet Princeps modo dictus.

g) Hodie *Gambsburſt* vicus Ortenaviae, ad Domum Auſtriacam pertinet.

h) *Frieſenheim* ad Marcgravium Badenſem ſpectat.

i) *Schaftolsheim* hodie, ſitus ad *Bruscam* prope Argentoratum, feodum Epiſcopatus *D. D. de Wangen* et de *Fugger* conceſſum. jure patronatus ibidem gaudet ſummus chorus Eccleſiae Argentin. qui ibidem cum Majori Capitulo quasdam percipit decimas.

l) Id eſt, die 29. Auguſti.

m) Porcorum juniorum, qui ad juſtum crementum necdum pervenerunt. *Scherzius in Gloſſario Tom.* I. *pag.* 431.

m) Idem in Necrologio antiquo Eccleſiae Argentin. — VII. Kal. Septembris *Voto* Epiſcopus Obijt: *De Badelesbach* plenum ſervicium. Pauperibus malder unus panis, quartale unum leguminum, ſitule quatuor cereviſie.

C.

DIPLOMA OTTONIS IMPERATORIS quo *Joanni XII.* PP. confirmat jura et privilegia Romanae ſedis.

Datum *Romae* 13. Februarij 962. In quo adnotatur ſignum *Votonis* Epiſcopi Eccleſiae Argentinenſis. Extat autographum aureis exaratum litteris *Romae* in Caſtello ſancti *Angeli*. a)

Ediderunt:

Baronius Annal. Eccleſ. Tom. 10. *ad an.* 962. *pag.* 781. *num.* 3.

Goldaſt Conſtitut. Imperial. Tom. 2. *p.* 44.

Lünig Spicileg. Eccleſ. Tom. 5. *p.* 159.

Lünig in Codice Italiae Diplomatico T. 2. *p.* 693.

Labbeus Concil. T. 9. *p.* 643.

Conciliorum Collectio Regia Tom. 25. *p.* 99.

Harduin Concil. Tom. 6. *part.* 1. *p.* 623.

Rouſſet Supplement au Corps Diplomatique de Dumont Tom. 1. *part.* 1. *pag.* 23.

Manſi Concil. Tom. 18. *p.* 451. *etc.*

a) Diploma genuinum eſt atque authenticum, a Criticis examinatum et probatum, quidquid contra illius veritatem dicat *Harduinus*, qui illud laudat in ſua *Conciliorum collectione Pariſijs an.* 1714. edita, reprobat vero in libro de Diplomatibus, ſigillis et Nu-

Numismatibus Imperatorum et Regum Germaniae, qui extat *MSS. in Bibliotheca Regia num. 6226. A. in 4.* ubi ait: quo pretiosior scriptura, eo charta magis suspectae fidei est; plumbum sub auro latet. Supposititium hoc diploma infirmis nixi rationibus rejiciunt *Goldast Constitut. Imperial. loc. cit. et Tom. 2. pag. 393.* atque *Ludewig in singularibus juris Publici Tom. 1. pag. 253.* quibus assentire videtur *Mascov in originibus juris Publici Imperij Romano-Germanici §. 12. pag. 14.* In Catalogo chartarum Archivi Sanctae Romanae Ecclesiae an. 1366. confecto apud *Muratori in Antiquitat. Italicis medij Aevi Tom. 6. Dissertat. 71. pag. 79.* ita describitur Diploma *Ottonianum:* Privilegium Imperatoris *Ottonis* scriptum litteris aureis in charta coloris violati rubei, in quo privilegio seu litteris apparet, quo appensa fuit bulla aurea dicti Domini *Ottonis* Imp., ut in transcripto dicti privilegij legitur, licet modo in ipso privilegio non sit. Eadem fere habet *Bernardus de Montfaucon in Bibliotheca nova Bibliothecarum Manuscriptorum Tom. 1. pag. 202.* ibi: Privilegium latinum in membrano violacei coloris, scriptum litteris aureis, quod est *Ottonis* Imperatoris de terris Ecclesiae ditionis, olim habuit sigillum aureum, nunc eo caret.

CI.

DIPLOMA OTTONIS I. IMP.

quo ad inſtantiam *Utbicae* Abbatiſſae Andlavienſis monaſterij Stivagienſis eidem abbatiae ſubjecti bona, jura atque privilegia confirmat.

Datum 2. junij 962. ex Apographo Abbatiae Stivagienſis. z)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus ſanctae Dei Eccleſiae amatoribus praeſentibus ſcilicet et futuris, qualiter Venerabilis *Otbice* a) Abbatiſſa *Eleonis* monaſterij cum comitatu miniſterialium ejusdem Eccleſiae et ſororum ſuarum noſtram adierunt regalitatem, rogantes ut cuidam Venerabili Praepoſito *Guntero* nomine et Canonicis ſibi commiſſis in coenobio Stivagienſi b) in *Voſago* ſylva ſupra fluvium *Murtim* in honore beati *Petri* Apoſtolorum Principis conſtructo ſub regula beati *Auguſtini* Deo deſervientibus, auctoritatis noſtrae praeceptum conſcribi juberemus, ne in locis uſui eorum deputatis ullam unquam moleſtiam patiantur, ſed absque inquietudine Deo ſervire permittantur, Nos vero pium petitioni eorum praebendo aſſenſum firmiter volumus atque jubemus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum Regum, aliorumve potentum ullam habeat poteſtatem loca ijsdem Canonicis deputata, vel

vel Ecclesias omnes ad ipsum Coenobium pertinentes, quas eis ad praebendam illorum concessimus ac donavimus pro remedio animae nostrae ac ipsius Abbatissae *Othicae*, quae hoc fieri rogavit ipsis Canonicis, ut nullus beneficium acquisiturus in ipso coenobio, aut in parte nostra, aut ipsius Abbatissae vel successorum Regum vel Abbatissarum potestate aliquid inde auferre vel requirere seu aliquod servitium de jure requirere aut censum vel oblationes aut aliquam functionem fidei, si Dei et nostram Gratiam vult habere propitiam, ut absque molestia Dei famulos ibi liceat conversari, loca vero subtus notari jussimus videlicet in eodem loco, ubi praescriptum monasterium est constitutum, mansos sexaginta in loco *Stivagij* c) Ecclesiam in honore beatae *Mariae* consecratam et totam terram ab *Hilvidis* vado usque ad grande rivum, et a via, qua itur *Thiadivillae*, pertinet ad luminare sanctae *Mariae* et totam terram de *Larteige* usque *fosses* d) et totam sylvam quae vocatur *Espasses* et omnem piscationem a *fracta petra* e) usque ad *Hilvidis* vadum, et in loco qui dicitur *bellus mons* f) capellam sancti *Michaelis* cum dotalibus ejusdem capellae et viginti quinque mansos in eodem monte ad luminare sanctae *Mariae* spectantes et tredecim mansos in loco qui dicitur *Brebemont* g) et totam terram de *la chavere* h) et bellum montem, tam cultam quam incultam in eodem pago, capellam sancti *Remigij* i) cum dotalibus ejusdem capellae et triginta duos mansos in eodem atrio manentes ad luminare sanctae *Mariae* pertinentes;

 in-

insuper tertiam partem banni stivagiensis in terris, pratis, sylvis, aquis et totius banni quorumlibet animalium pasturis, qui bannus continetur his confinijs, a *Jordanis* fonte usque *Stampe* et a fonte qui *Chenselle* dicitur, usque verticem montis, qui dicitur *Strailes* et *Grand Ru* l) decimationem quoque totius banni tam frugum quam animalium cum censu Capitali hominum manentium per totam Lotharingiam tam hominum *Elconis* monasterij quam stivagiensis spectantium, *Sendronis villa*, quam dedit *Sendrans* cum decimatione et mancipijs, et allodium a vado *Mosellae*, qui vadus sancti *Petri* dicitur, usque sylvam quae *Linvir* dicitur et ultra campum sancti *Quintini* et *Slarpes* et *Mosellam* cum piscatione usque *Tornai* et allodium *Vaberti* orti cum mancipijs et justitia ipsius banni et Allodium *Denvas* cum Ecclesia sancti *Apri* et omni decimatione cum duabus sylvis et mancipijs et justitia banni et allodium de *Donceres* m) cum Ecclesia sancti *Cyriaci* et decimatione et Capella sibi subjecta de *Sasleviller* n) et justitia banni in Alsatia, Ecclesiam de *Singolsheim* d) cum omni decimatione et allodium in quo sita est eadem Ecclesia et quinquaginta duas hubas in eodem pago et Ecclesiam sanctae *Mariae* de *Monstrul* e) cum decimatione de *Cretumville* f) et allodium de *juncheres* cum mancipijs et decimatione et justitia banni et allodium *Dispargisingen* cum decimatione et praedium cum mancipijs, *Disarlivigis* cum decimatione et Ecclesiam cum decimis *de falves* et Ecclesiam sancti *Andreae*. In his Ecclesijs jus patronatus vobis

bis concedimus et confirmamus. Et ut haec omnia eorundem Canonicorum utilitatibus vel ſi quae adhuc adquiſierint, perpetua ſtabilitate poſſideant, hoc praeſens auctoritatis noſtrae praeceptum decrevit. Quod ſi aliquis huic paginae noſtrae contra iverit, aut res Eccleſiae violenter abſtulerit, ſeu ablata retinuerit, mille marchas auri regiae perſolvat Majeſtati, quarum marcharum quingentas Stivagienſis Eccleſia habeat. Et ut hoc praeſens auctoritatis noſtrae praeceptum firmum et ſtabile permaneat, hanc cartam conſcribi juſſimus et ſigilli noſtri impreſſione ſubtus firmavimus.

Signum Domni *Ottonis* Imperatoris ſemper Auguſti. g)

Liutolfus Cancellarius ad vicem *Brunonis* h) Archicapellani recognovit. i)

Data IV. non. junij anno Dom. Incarnationis DCCCCLXII. Indictione V. k) Anno XXVII. regni l) *Ottonis* ſereniſſimi Imperatoris Auguſti. Actum *Coloniae*.

z) Chartam hanc falſam et ſuppoſititiam eſſe immerito ait auctor Anonymus (*Henricus Fanque*) in *epiſtola gallica* ad *Calmetum* an. 1726. contra *Hugo* Abbatem Stivagienſem conſcripta *pag. 8. et 9.*

a) Nominatur *Utbica* in domeſtico Abbatiſſarum Andlavienſium Catalogo et apud *de Ruyr Antiquités de la Voſge partie 3. liv. 1. chap. XI. p. 241.* qui hujus diplomatis ad an. 973. refert brevem extractum.

b) *Stivagium* Gallice *Eſtival* ad fluvium *Murtam* in *Voſago* ſeculo ſeptimo a *Bodone* Epiſcopo Tullenſi

in honorem sancti *Petri* fundatum a *Carolo Crasso* concessum fuit *Richardi* conjugi suae, ut patet ex charta an. 882 unde ad finem usque seculi duodecimi Abbatiae Andlaviensi subjectum permansit *Stivagium*.

c) *Stivagium* ad dextram *Meurthae* situm distat leuca a *Mediano* monasterio et duabus cum dimidia a *S. Deodati* oppido.

d) *La fosse*, vicus banni et communitatis Stivagiensis in Balliviatu Deodatensi.

e) *Pierre fitte*, vicus.

f) Hodie *Belmont* seu *saint Michel* vicus et parochia superioris Stivagiensis banni.

g) Hodie *Brebimont* vicus in communitate et parochia *S. Michaelis*.

h) Modo *la Vacherie* vicus banni stivagiensis prope *Brebimont*.

i) Hodie *S. Remy* vicus et parochia inferioris banni Stivagiensis.

l) *Grand rux* vicus balliviatus *S. Deodati* a quo distat leuca una cum dimidia.

m) Hodie *Doncieres* Lotharingiae vicus prope *Rerbervillam* cujus ecclesia parochialis adhuc dedicata est *S. Cyriaco*.

n) *Xaffé viller* vicus, qui pronuntiatur *Chaféviller* prope *Doncieres*, a quo dependet ejus Ecclesia annexa.

d) Hodie *Sigolsheim* gallice *Savamont* vicus magnus Alsatiae Superioris prope *Kinsheim* in Dioecesi Basiliensi spectans ad Civitatem Colmariensem.

e) *Munsterol* vicus triplex quem Galli dicunt *Montreux le vieux*, *Montreux le jeune* et *Montreux le chateau* in dioecesi Basiliensi pertinens ad *D. de Reinach*.

f)

f) *Creitwiller* viculus Dioecesis Argentinensis, pertinet ad Principem *de Rohan Soubise.*

g) Titulum *semper Augusti* suo adjecisse nomini *Ottonem* negant *Conringius in notis ad Lampadium cap. 2. pag. 103.* et *Boeclerus in Notit. Imper. lib. 4. c. 1.* quos magna recentiorum juris publici Scriptorum turba sequitur et titulum hunc *Friderico Barbarossae* inter Imperatores tanquam primo adscribunt. Hisce omnibus sese jamdudum opposuit *Thulemarius* peculiari dissertatione de titulo *semper Augusti,* quem alij pariter secuti sunt. Post *Hertium de fide Diplomat. sect. 1. §. 11.* Arbitratur *Besselius l. c. pag. 167.* aliqua cum hoc titulo reperiri posse diplomata, et si reperiantur, non illico ex hoc praecise imposturae et suspicionis esse incusanda. Quid enim retinuit, ait, ut *Otto I.* occupato Romani Imperij solio assumeret pariter antiquum *semper Augusti* titulum, quem aevi posterioris Imperatores non interrupta quasi serie sibi appropriarunt? *Besselio* accedunt *Auctores Gallici novae Diplomat: Tom. 6. pag. 437.* et *Eckhart Introduct. in rem Diplomat. sect. 3. pag. 110.*

h) *Bruno* Archiepiscopus Coloniensis *Ottonis* Imperatoris frater et *Wilhelmi* Archiep. Mogunt. patruus Regia subscripsit diplomata, dum ipse *Wilhelmus* Archi Cancellarius alibi occupatus in aula Imperiali praesens non erat. *Chronicon Gottwicense Tom. 1. pag. 164.*

i) Haec subscriptio in Apographo corruptissime legitur: *Lintilinus Cancellarius adus Combrimonis capellanus recognovit.* Quae corruptio Diplomatis Copistae attribuenda.

k) Deleti sunt in Apographo annus Incarnationis et indictio, supplentur ex addito anno regni.

l) Addendum forte: *Imperij vero primo.* licet extent teste *Besselio Tom. I. pag. 189.* quaedam *Ottonis I.* diplomata, in quibus desunt annotati anni Imperij.

CII.

BULLA LEONIS VIII. PP.

De Capella Einsidlensi *B. M. V.* 24. Septembr. an. 948. a Deo consecrata.

Data XI. Novembris DCCCCLXIII. vel DCCCCLXIV. *Romae* coram Domino *Ottone* Imperatore, filioque ejus *Ottone* atque Imperatrice *Adelheide* et consultis Venerabilibus Viris fratribus et Coepiscopis suis, inter quos nominatur *Erkenbaldus Argentinensis Ecclesiae Episcopus.* a)

Ediderunt:

Bzovius in Contin. Annal. Ecclesiast. Baronij Tom. 16. *ad an.* 1432. *pag.* 76.

Hartmannus in Annalibus Heremi Deiparae pag. 71.

Libertas Ensidlensis an. 1640. *in* 4. *impress. pag.* 1 — 7. *inter documenta.*

Raderus in Bavaria sacra Tom. 3. *p.* 106.

Scheidius Origin. Guelficarum Tom. 2. *lib.* 5. *probat. pag.* 249.

Collectio Concionum an. 1760. *in Principali Abbatia Ensidlensi solemni jubilaeo habitarum typis editarum in* 4. *an.* 1760. *et*

Fede-

Federigus di S. Antonio Carmelitanus Scalzus in ſtoria del celebre Santuario di noſtra ſignora d'Einſidlen o ſia dell' eremo nell' Elvetia detto Volgarmente dagl' italiani della ma donna di valdo in Milano 1761. *pag.* 439 — 442.

Ediderunt ejusdem bullae verſionem Germanicam Auctor *hiſtoriae Germanicae Abbatiae Enſidlenſis* juſſu *Ulrici* Abbatis an. 1587. *Friburgi* in Helvetia *impreſſae pag.* 61 — 65. et verſionem Gallicam *Claudius Jaquet* Canonicus Eccleſiae Cathedralis Biſuntinae in *hiſtoire de l' abbaye d'Einſidlen imprimeé en* 1740. *pag.* 61 — 65.

a) Hanc bullam *Leonis VIII.* quem nonnulli inter antipapas numerant, ſuſpectam eſſe dicunt *La Guille hiſtoire d' Alſace Tom.* 2. *liv.* 13. *pag.* 218. et *Galliae Chriſtianae editores Tom.* 5. *pag.* 666. nec immerito; nam praeter ſtilum ſummis Pontificibus inuſitatum manifeſta falſitatis indicia extant in ipſis Epiſcoporum nominibus, quibus conſultis bullam ſuam an. 964. dediſſe aſſerit *Leo VIII.* ſeſe modo neutiquam conſueto centeſimum trigeſimum ſextum in numero Paparum appellans. Nominatur autem in ea bulla *Hatto* Archiepiſcopus Moguntinus qui anno demum 968. *Wilhelmo* Regis *Ottonis* filio ſucceſſit. Nominatur dein ipſe *Erkenbaldus* Argentinenſis Eccleſiae Epiſcopus, quem anno 965. *Utoni* ſucceſſiſſe certum eſt ex optimae notae monumentis. Nil quoque dicimus de ipſa Capella Enſidlenſi miraculoſe a Deo conſecrata, quod factum medio ſeculo undecimo primus meminit *Hermannus Contractus* his verbis ex ipſo Codice MS. Augienſi coaetaneo a L. B. *de Zurlauben* deſcriptis: „An. 948. Capella in Coenobio ſancti *Meginradi* coelitus conſecrata eſt XVIII. Kal. Octo-

Octobris. . . . . an. 964. Rege *Romae* morante cum coeteris Principibus idem Papa (*Leo:*) consecrationem capellae coelitus factam in coenobio *S. Meginradi* coram principibus Scriptis confirmavit. „ *Aegidius Tschudius in Chronico suo Ensidlensi*, quod e varijs diplomatibus, instrumentisque Abbatiae circa an. 1540. collegit et usque ad an. 1434. deduxit, quodque Originale extat in Bibliotheca Abbatiae Sangallensis, (cujusque exemplaria sunt in Bibliothecis Abbatiae Engelbergensis et *D. de Zurlauben Tugij*) retulit sub anno 964. bullam *Leonis*, sed cum multis variationibus, quae cum *Hartmanni* editione haud conveniunt. Inter alia in Apographo *Tschudiano* quod extat *Tom. 4. monumentorum Helvetico Tugiensium pag. 155–156.* non leguntur haec verba: *Erkenbaldo Argentinensis Ecclesiae Episcopo.*

CIII.

DIPLOMA OTTONIS IMPERATORIS pro *Gregorio* Abbate Ensidlensi et pro *Meginrades cella*, ubi Dominus *Eberbardus* heremita ecclesiam a fundamentis aedificaverat et coetera aedificia monachis ad habitandum construxerat, cui prius praeerat beatae memoriae vir illustris *Eberbardus.*

Datum in Sindliezesowo sive Richenau 23. januarij 965.

Edidit *Hartmannus in Annalibus heremi Deiparae pag.* 73. fragmentum quoque dedit *Guillimannus de Episcopis Argentin. pag.* 151.

CIV.

DIPLOMA OTTONIS IMPERATORIS
quo confirmat donationem *Hartperto* Episcopo et Ecclesiae Curiensi factam a *Rambrecht* et *Vadelbrecht* libertis.

Datum XXII. Aprilis DCCCCLXVI. Ex antiquissimo Episcopatus Curiensis *Urbario.* a)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* Divina favente clementia Imperator Augustus. Noverint omnes fideles nostri praesentes videlicet et futuri, qualiter *Hartpertus* venerabilis Curiensis Episcopus retulit Serenitati nostrae, quosdam libertos nostra largitate nummorum excussione de manibus eorum a jugo servili absolutos b) *Rambrecht* et *Vadelbrecht* nominatos quandam proprietatem in pago Bibligowe in comitatu *Aselmi* in villa *Chupinga* a liberis hominibus illis coram testibus manu potenti, omni contradictione remota contraditam sibi suaeque Curiensi Ecclesiae in proprium condonasse. sed quia illorum traditionem absque nostrae donationis confirmatione stabilem esse dubitaverat, nostram imperialem precatus est clementiam, eandem illorum tradicionem nec non concambium ejusdem praedij cum *Adalberto* filio *Luitwardi* publice peractum in pago *Sverzza* in comitatu *Godefridi* in villa *Almunzinga* nihilominus ad ipsam Curiensem Ecclesiam scripti nostri auctoritate muniri. Nosque eandem ipsius petitionem ratam

ratam agnoſcentes, juſſimus utrumque hoc noſtro praecepto roborari, manuque propria ſubtus illud firmavimus et ſigilli noſtri impreſſione inſigniri praecepimus.

Signum Domni *Ottonis* inviƈtiſſimi Imperatoris Auguſti.

Luitolfus Cancellarius ad vicem *Willihelmi* Archicapellani recognovit.

Data X. Cal. Maji anno Dom. Incarnat. DCCCC LXVI. Indiƈtione IX. anno regni Domni *Ottonis XXXI.* imperij vero VI.

Aƈtum *Quintelingeburg* in Dei nomine feliciter amen.

a) Chartam hanc communicavit *D. de Joſt.*

b) Vid. *Tomus II. hiſtoriae Epiſcoporum Argentin. pag. CCLIX.* Denariale *Caroli Craſſi* praeceptum an. 877. Extat apud *Meichelbeck hiſt. Friſing. Tom. 1. p 209.* Charta *Henrici* Regis an. 1013, qua ſimiliter quemdam ſervum nomine *Weranhardi* excuſſo de manu ejus ſua manu denario liberum fecit et ab omni eum ſervitutis jugo abſolvit. Retulit etiam *Goldaſtus Rer. Alamannicar. Tom. 2. part. 1. pag. 27.* Diploma *Ludovici* Regis, quo anno 906. quendam proprium ſervum *Johan* nominatum per excuſſionem denarij de manu illius juxta legem ſalicam liberum dimittit et ab omni jugo ſervitutis abſolvit.

CV.

CV.

DIPLOMA OTTONIS I. IMPERATORIS quo *Adelheidi* conjungi ſuae in proprium donat quinque juris Regij in Alſatia villas ſcilicet, *Hochfelden*, *Sermersheim*, *Schweighauſen*, *Mersweiler* et *Seltz*.

Datum 16. Novembris 968.

Ex autographo Tabularij Palatini Heidelbergenſis olim Abbatiae Selzenſis. a)

In nomine ſancte et Individue Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet et futuris, qualiter nos per interventum ac petitionem amantiſſimi filij noſtri *Ottonis* Imperatoris b) dilecte conjugi noſtre *Adelheide* imperatrici regnorumque noſtrorum conſorti c) in proprium donavimus juris regni noſtri quasdam curtes ita nuncupatas, *Hochfeldon* d) et *Sarameresheim* e) *Suebhuſen* f) et *Morizunwilere* g) atque *Saliſe* h) ſitas in *Eleſazium* in comitatu *Hugonis* comitis i) cum eccleſijs, curtibus, edificijs, mancipijs, terris, cultis et incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, venationibus, aquis, aquarumve decurſibus, piſcationibus, molendinorumque locis, exitibus et reditibus, queſitis et inquirendis, mobilibus et immobilius rebus, omnibusque pertinentijs, que dici vel nominari poſſunt ad prefatas curtes

Hoh-

Hobfeldon, et *Saramereshcim*, *Suechusen* et *Morinzanwilre* atque *Salize* pertinentibus, ut jam prediximus, noſtre dilecte conjugi *Adelheide* Imperatrici regnorumque noſtrorum conſorti in integrum donavimus, ut jure hereditario habeat, teneat, firmiterque poſſideat, habeatque poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi vel quicquid ei exinde placuerit, faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hec noſtre authoritatis donatio omni tempore firma, ſtabilisque permaneat, juſſimus inde hoc preſens preceptum conſcribi, quod ut verius credatur et dilgentius ab omnibus obſervetur, hoc preceptum manu propria ſubtus firmavimus, anulique noſtri impreſſione ſigillari fecimus.

Signum Domini *Ottonis* Magni et invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Luitgerus Cancellarius ad vicem *Hattonis* l) Archipreſulis et ſummi Capellani recognovi et ſubſcripſi.

Data XVI. Kalend. Decembris anno Dominice Incarnationis DCCCCLXVIII. Indictione Undecima anno regni ſereniſſimi Regis *Ottonis* XXXIII. Imperij ſcilicet ſui VII.

Actum *Aterno* civitate, que ſita eſt in Imperio noſtro et dicitur *Piſcaria* m) In chriſti potenti nomine feliciter, amen.

a) Ediderunt *Meibomius in ſcript. Rer. Germ. Tom. I. pag. 752. Freherus Orig. Palat. part. 2. pag. 82. Eccardus*

dus Orig. Habsburg. pag. 169. *Tolnerus hist. Palat. Diplom. pag.* 19. *La Guille histoire d' Alsace preuves pag.* 22. *Heumann in Commentarijs de re Diplom. Imperat. Augus. c.* 3. *pag.* 112. et *Schöpflin Alsat. Diplom. Tom.* 1. *pag.* 122. sed omnes minus correcte.

b) *Othonem* juniorem a Patre evocatum fuisse *Romam* et a *Joanne* Papa in Imperatorem an. 968. inunctum testatur *Sigebertus Gemblacensis in Chronico apud Bouquet Tom.* 8. *pag.* 315.

c) *Adelaidis* secunda *Ottonis M.* uxor *Rudolphi* Burgundiae Regis filia, insigni sanctitatis ac prudentiae laude floruit, regni gubernacula non solum cum conjuge tractavit solerter, sed et regnantibus filio et nepote *Ottonibus* tutelam atque curam regni multa gessit cum auctoritate.

d) *Hochfelden* hodie vicus magnus situs inter *Motram* et *Sornam* feodum Regium pertinens ad Dominos de *Ichtersheim*.

e) *Sermersheim* vicus ad *Ellum* supra *Benfeldam* spectans ad Episcopum Argentinensem; *Tolnerus* non bene substituit *Germersheim*.

f) *Schweighausen* vicus ad *Motram* supra *Hagenoam* eum nunc possidet *D. Kornmann*.

g) *Merzweiler* vicus prope Abbatiam *Novi Castri*.

h) *Seltz* vicus, in quo an. 987. insignem Abbatiam ex Donis *Ottonis* Conjugis erexit *Adelaidis* Imperatrix, pertinet ad Ducem Bipontinum; Decimis vero et jure patronatus gaudet ibidem Collegium Regium Argentinense.

i) *Hugo III. Eberhardi IV.* filius Alsatiam inferiorem sive Nordgoviam tunc administrabat, videatur *Schöpflini Alsat. Illustr. Tom.* 2. *pag.* 477. *et* 516.

l) *Wilhelmo* Archiepiſcopo in utraque Eccleſiae Moguntinae et Archicancellariatus dignitate an. 968. ſucceſſit *Hatto. Script. Rer. Mog.*

m) *Aternum* ſive *Aternus.* deinde a fluvio *Piſcaria* hodie *Peſcara* dictum eſt oppidum Italiae in Regno Neapolitano in *Aprutio citeriore* cum titulo Marchionatus, *Neapoli* XL. leucis diſtans. *Vosgien dictionaire Geographique portatif. pag. 540. edit. an. 1763.*

CVI.

DIPLOMA OTTONIS I. IMPERATORIS quo *Adelheidae* conjugi ſuae in proprium concedit villam *Steinweiler* im Spirigovia ſitam. Datum 16. Novembris 968.

Ex autographo Tabularij Palatini Heidelbergenſis. a)

In nomine ſancte et individue Trinitatis.

Otto divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet et futuris, qualiter nos per interventum ac petitionem amantiſſimi filij noſtri *Ottonis* Imperatoris dilectae conjugi noſtre *Adelhaide* jmperatrici regnorumque noſtrorum conſorti in proprium donavimus quandam cortem *Steinwilare* b) nuncupatam in ſpirigowe c) ſitam im comitatu *Gerungi* comitis, cum edificijs, mancipijs, terris cultis et incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, venationibus, molendinis, molendinorumque locis, exitibus et reditibus queſitis et iu-

inquirendis, mobilibus et immobilibus rebus omnibusque pertinentijs, que dici vel nominari possunt, ad prefatam cortem *Steinwilare* pertinentibus, ut jam prediximus, nostre etc. (ut in praecedente diplomate).

Signum Domini *Ottonis* Magni et invictissimi Imperatoris Augusti.

Luitgerus Cancellarius ad vicem *Hattonis* Archi Episcopi recognovi.

Datum XVI. Kal. Decembr. Anno Dom. Incarnat. DCCCCLXVIII. Indictione undecima anno Regni Serenissimi Regis *Ottonis* XXXIII Imperij autem VII. Actum *Piscarie* in Christi nomine feliciter, amen.

a) Edidit *Schöpflin Alsat. Dipl. Tom.* 1. *pag.* 123. sed hinc inde corrigendum.

b) Hodie *Steinweiler* vicus Electoratus Palatini prope oppidum *Billigheim* in praefectura *Germersheim* et Dioecesi Spirensi. confer. *Tom. II. Actor. Academiae Theodoro-Palatinae pag.* 42. et *Subsidia Diplomatica Tom.* 10. *pag.* 297.

c) Vid. *Schöpflin Alsat. Illustr. Tom.* 1. *pag.* 645. et *Tom.* 2. *pag.* 192. 193. nec non *Acta Academica mox citata Tom.* 3. *pag.* 258.

CVII.

CHARTA IRMIFRIDI ERCHANBALDO Episcopo Argentinensi et ejus Ecclesiae concedentis sua Brisgoviae praedia, quae habebat in *Forcheim* et *Endingen*. Data sub *Erchanbaldo* Episcopo.

Ex libro salico membranaceo Summi Capituli Argentinensis fol. 75.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Pateat Dei fidelibus Universis, quod Ego *Irmifridus* ob timoris Divini intuitum et eterne remunerationis fructum quicquid predij visus sum habere in marcha *Forecbheim* et *Endingun*, in pago Brisichgewe Comitatu *Diethelmi* in campestribus agris, vinetis, pratis, aquis, aquarumque decursibus, vijs et invijs, cultis et incultis, cum omni integritate ad basilicam sancte *Marie* infra urbem *Strazburc* constructam, ubi venerabilis presul *Erchanbaldus* preesse dinoscitur, in jus fratrum ibidem Domino famulantium manu legalis Advocati mei *Burchardi*, suscipiente *Adalberto* Cleri advocato translegavi ac firmiter contradidi eo videlicet tenore, ut ego ipse possideam usque ad finem vite mee, postquam autem hac corruptibili resolvor carne, predictus presul habeat, hujusmodi condicione, ut quotannis anniversario obitus mei die modios frumenti duos, frisgingas porcinas tres, situlas vini sex fratribus tradat. Cujus vite mortalis

talis tempore finito *Aldericus* possideat eodem pacto, post hunc etiam in fratrum arbitrio consistat, ut quem communi elegerint consensu, ejusdem constitucionis teneat censu, si quis vero, quod fieri minime credo, vel ego ipse seu aliqua heredum meorum persona tradicionem istam a me legaliter factam infringere seu qualibet fraude corrumpere temtaverit, ob nefandi conaminis ausum tres libras auri ad Regis erarium et triginta pondera argenti ad cameram volens nolens persolvat Episcopi, et hec tamen legatio nichilominus stabilis perseveret et fixa stipulacione subnixa. Actum est publice in prefata civitate testibus subnotatis. signum *Zuzonis*. signum *Reginbaldi*. signum *Burchardi*. signum *Ezonis*. signum *Anshelmi*. signum *Berenhardi*. signum *Erlene*. signum *Wirandi*. signum *Gunzilini*. signum *Geroldi*. signum *Zeizolvi*. signum *Wazelini*. signum *Emichonis*. signum *Diezelini*. Nomina fratrum ad presens manencium. *Heimo* Prepositus. *Aldericus* Archidiaconus. *Reginbaldus*. *Grimine*. *Adelbero*. *Volmarus*. *Anno*. *Duodo*. *Terto*. *Adalbero*. *Manegolt*. *Wolvolt*. *Wicman*. *Heimo*. Ut autem hec rata permaneant, impressione sigilli Majoris Ecclesie Argentinensis insigniri feci.

CVIII.

BULLA JOANNIS XIII. PP.
ad *Erckenbaldum* Episcopum Argentinensem circ. 970. a)

Ex Catalogo Episcoporum Argentinensium edito a Wimphelingio.

Joannes Episcopus servus servorum Dei. Totius bonitatis gratia decorato summaque dilectione nobis nominando *Erckenbaldo* fratri in *Christo* dulcissimo ac dignissimo Episcopo Apostolicam salutem et visitationem. *)

Nostrum esse Deo propitio bene vigere, vestrumque valere, nos satis optare pro certo sciatis, et quidem devotioni vestrae gratias agentes, propensiorem honorificentiam et omnimodae charitatis vicissitudinem vobis conferre parati sumus, quam summi Pontifices vestris praedecessoribus Apostolica benignitate contulerunt, vestrae tamen laudabili fraternitati omni tempore de congruentibus petitionibus Apostolicam parternitatem nostram non dubitate velle obsequi.

a) Tres extiterunt sub *Erkenbaldo* Episcopo Argentinensi *Joannes* summi Pontifices, nempe: *XIII. XIV.* et *XV.* Primus Romanae praefuit Ecclesiae a prima die Octobris anni anni 965. ad 6. Septembris 972. Bullam hanc huic *Joanni XIII.* attribuit *Wimphelingius loc. cit. pag. 31.* qui testatur illam in Ana-

na-

*) Fort. benedictionem.

nalibus ſive Archivis Eccleſiae Argentinenſis repe-riſſe. Ex *Wimphelingo* deſcripſit *Guillimanus de E-piſcop. Argentin. pag. 166.*

CIX.

DECRETUM CONCILIJ INGELHEIMENSIS quo Corbejenſis Abbas et Herfordenſis Abbatiſſa coguntur reſtituere decimas Eccleſiae Oſnabrugenſi.

Datum nomine Concilij ab Imperatore *Othone* autumnali tempore anni 972. huic ſynodo inter alios interfuit *Erkanbaldus* Argentinenſis Epiſcopus.

Ediderunt:

Hartzheim Concil. Germ. Tom. 2. pag. 655.

Eccardus in hiſtoria Genealogica Principum Saxoniae ſuperioris. pag. 297.

Manſi in nova Conciliorum Collect. Tom. 19. anno 1774. impreſſa pag. 35. et 37.

CX.

DIPLOMA FICTITIUM OTTONIS I. IMP. pro Abbatia Aprimonasteriensi. Datum 1. Januarij 973.

Ex autographo fictitio ejusdem Abbatiae. a)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* divina suffultus clementia Romanorum Imperator Augustus. Ex scripturae sacrae testimonio cognovimus, quod sublata impietate de vultu Regis firmetur justicia thronus ipsius, cujus promissionis fiducia freti pietatis et benevolentiae nostrae munus omnibus hominibus, maxime tamen spiritualibus et Ecclesiasticis viris impertiri cupimus. Quapropter fidelium auribus intimamus, qualiter venerabiles viri *Widerolfus* videlicet Argentinensis Ecclesiae Episcopus et *Bauderius* Novientensis sive Ebersheimensis coenobij Abbas nostram adierint serenitatem, obsecrantes, ut hanc praescriptae concessionis seu confirmationis chartam jussu nostro conscriptam in praesentia Principum vel etiam fiscalium nostrorum confirmaremus. Quorum petitioni solita pietate pro remedio animae nostrae nec non per interventum ac petitionem dilectissimae conjugis nostrae *Adelheidae* videlicet jmperatricis Augustae assentire deliberavimus, Constituimus ergo ac per nostri Imperialis censuram examinis decernimus, ut nec praesens

Wi-

Widerolphus Argentinenſis Eccleſiae Epiſcopus, nec aliquis ſucceſſorum ipſius, vel aliqua aliquando judiciaria poteſtas ſive ſecularis ſive ſpiritualis hujus chartae conceſſionem ſeu confirmationem audeat infringere vel qualitercunque transmutare Et ut hoc firmius conſervetur ac verius credatur, manu propria ſubterſignamus et ſigilli noſtri impreſſione roboramus.

Signum Domni *Oddonis* Romanorum invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Ego *Willigis* Moguntienſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Ego *Herebertus* Cancellarius ad vicem Domni *Heremanni* proto ſpatarij cognovi.

Ego *Heinricus* Wirceburgenſis Epiſcopus ſubſcripſi

Actum *Triburiae* in curte Regali, in Dei nomine feliciter Amen.

Data Kalendas Januarij anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXIII. Indictione ſeptima anno vigeſimo regni Domni noſtri *Ottonis* Sereniſſimi Regis.

a) Notae falſitatis adducuntur in *hiſtor. Epiſcoporum Argentinenſ. Tom. 2. Diſſertat. V. pag. 23.* aliquas hic ſolummodo proferimus. *1.* Nomen *Ottonis* in autographis non ſcribitur per duplex *dd*, ſed vel per duplex *tt* vel *th.* 2. inconſueta eſt formula: *Divina ſuffultus clementia.* *3.* nullibi legitur *Romanorum* Imperator in chartis: dein *4. Willigiſus* anno demum

DCCCCLXXV. factus est Archiepiscopus Moguntinus, non vero an. DCCCCLXXIII. 5. Inconsueta est vox: *Protospatarij*. 6. *Widerolfus* Argentinensis Episcopus erat sub *Ottone III.* non primo. 7. Neque tunc *Heinricus* sed *Poppo* Wirceburgensis Episcopus erat. Neque conveniunt Indictio, nec annus regni *Ottonis I.* etc.

CXI.

DIPLOMA OTTONIS II. IMPERATORIS

Concessum *Erchanbaldo* Argentinensi Episcopo, quo homines Argentinensis Ecclesiae ab omnibus vectigalibus immunes declarat et confirmat.

Datum 10. Aprilis 974. insertum Diplomati autographo *Caroli IV.* Imp. an. 1356. in Tabulario Episcopali Tabernensi. a)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Imperator Augustus. Notum igitur esse volumus omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris, quia vir venerabilis *Erchanbaldus* Argentinensis Ecclesiae Episcopus adiens culminis nostri Serenitatem obtulit obtutibus nostris quam plurimas praeceptionum auctoritates Imperatorum etiam ac Regum pia concessione suae Ecclesiae collatas, in quibus continebatur, quod ijdem Antecessores nostri pro emolumento animarum suarum, statuque regnorum eidem Argentinensi Ecclesiae concessissent, ut ubi-

ubicunque per civitates et vicos vel Caſtella aut trajectus aut portus, excepto *Quentowico*, *Doreſtato* atque *Cluſas*, homines memoratae Eccleſiae navigio aut terreno id eſt cum carris et Saumarijs negotiandi Gratia irent et redirent, nullum teloneum quisquam reipublicae adminiſtrator ab eis exigeret. Pro firmitatis namque ſtudio petijt idem *Erchanbaldus* Venerabilis Epiſcopus, ut Imperatorum ac Regum Anteceſſorum videlicet noſtrorum auctoritatibus hanc noſtram ſuper adderemus auctoritatem, cujus petitioni etc. (*ut in Diplomate Ludovici Pij Imp an.* 831. *edito in hiſtor. Epiſc. Argentin.*) Et ut haec confirmationis noſtrae auctoritas inviolabilem et inconvulſam obtineat firmitatem, hanc chartam inſcribi juſſimus et ſigilli noſtri impreſſione ſignatam manu propria ſubtus firmavimus.

Signum Domni *Ottonis* Magni b) Imperatoris Auguſti.

Willigiſus Cancellarius vice *Rodberti* Archicapellani ſubſcripſi. c)

Data IIII. Idus Aprilis anno Dom. Incarnationis DCCCCLXXIIII. Indictione ſecunda, anno Regni Domni *Ottonis* tertio decimo, Imperij autem ſexto. d) Actum *Quidilingeburg* e) in Domino feliciter amen.

a) Charta inedita.

b) *Otto* ſecundus praeter alios titulos adhibuit et titulum *Magni* in ſubſcriptione. vid. *Chronicon Gottwic. Tom.* 1. *pag.* 202.

c)

c) *Hattonis* fucceffor et in Archiepifcopatu Moguntino et in Archi Cancellariatus munere extitit anno 972. *Ruodpertus* five *Rupertus* fub *Ottonibus I.* et *II.*

d) Anni regni *Ottonis II.* deducuntur a tempore quo ad regnum evectus eft, fcilicet a 26. menfis Maji an. 961. Anni vero Imperij repetuntur a tempore quo cum Patre *Romam* veniens a *Joanne* PP. Imperiali quoque corona decoratus eft. Id. anno 968. ineunte contigiffe teftantur coaevi, quos allegat *Beffelius l.c. Tom. I. pag. 204.*

e) De hoc Saxoniae loco vid. *Beffelius Tom. 2. pag. 504.* et Codex Diplomaticus Quedlinburgenfis *Antonij Udalrici ab Erath* praematura morte die 26. Augufti 1773. abreptus.

CXII.

DIPLOMA OTTONIS II. IMP.

quo *Erchambaldo* Argentinenfi Epifcopo et ejus Ecclefiae jus monetae confirmat.

Datum 10. Aprilis 974.

Ex codice membranaceo *Joannis* Epifcopi an. 1357. qui nunc extat in tabulario civitatis Argentinenfis.

In nomine fanctae et individuae Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Imperator Auguftus. Si locis divino cultui mancipatis largitatis noftrae beneficentiam exhibuerimus, et opportuna commodi terreni eis impenderimus fuffragia, non folum

lum

lum ad regni divinitus nobis collati ſtabilitatem, verum etiam perpetuae vitae premia feliciter promerenda hoc nobis credimus liquido profuturum. Id circo notum eſſe volumus omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus praeſentibus ſcilicet et futuris, qualiter nos divino nutu compuncti et per interventum dilectiſſimae Genitricis noſtrae *Adelheidae* nec non coeterorum conſiliariorum noſtrorum pro *Chriſti* honore et beatae memoriae pij genitoris noſtri *Ottonis* Imperatoris Auguſti, aliorumque Praedeceſſorum noſtrorum aeterna retributione et animae noſtrae remedio ad Epiſcopatum Argentinenſis civitatis, quod eſt conſtructum in honorem ſanctae *Mariae* Virginis, cui Epiſcopatui praeſenti tempore praeeſſe dinoſcitur vir venerabilis et amator divinae legis *Erchambaldus* Epiſcopus, quasdam res juris noſtri, hoc eſt, monetam, quod hactenus ad ipſius praefatae civitatis conpertinere et ſervire videbatur, cum omni integritate nichil extra dimittente per hanc noſtrae auctoritatis paginam in ſervitium Dei ac praelibatae *Chriſti* Genitricis eique famulantum in perhenne proprium donavimus et reddidimus et in jus tam dicti ſacro ſancti Epiſcopi firmavimus atque transfudimus et de noſtra pietate in illius dominacionem manſuram conceſſimus, ea videlicet ratione, ut ab hodierna die per inmortalia temporum curicula nulla majoris minorisve ordinis contradicente perſona, memoratae res ſub jure ac dominacione praelibati Epiſcopi ejusque Rectorum perſiſtant atque inviolabiliter permaneant. Et ut haec donacionis et confirmacionis noſtrae auctoritas inconver-

vertibilem per infinita ſaecula in *Chriſti* nomine obtineat firmitudinem et a fidelibus noſtris verius credatur, diligenciusque obſervetur, manus noſtrae ſubſcriptione eam roborantes annulo noſtro juſſimus inſigniri, Conceſſimus quoque Venerabili Epiſcopo *Ercbembaldo* et ſucceſſoribus ejus rectoribus ſcilicet jam dictae Eccleſiae, ut in quacunque placuerit villa Epiſcopatus ſui monetam ſtatuat.

Signum Domini *Ottonis* Magni Imperatoris Auguſti.

Willigiſus Cancellarius vice *Rodberti* Archicappellani ſubnotavi.

Data IV. Idus Aprilis anno Incarnacionis Dominicae DCCCCLXXIV. Indictione ſecunda anno regni Domini *Ottonis* XIII. Imperij autem VI. Actum *Quidilingeburg* in Domino feliciciter amen.

CXIII.

DIPLOMA OTTONIS II. IMPERATORIS quo Genitrici ſuae *Adelbeidae* confirmat munus dotale, quod *Otto I.* Pater eidem conceſſerat. Datum 8. junij 975.

Ex autographo Tabularij Palatini Heidelbergenſis. a)

In nomine ſanctae et Individuae Trinitatis. *Otto* Divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum induſtria tam prae-

praesentium scilicet quam futurorum, qualiter nos rogavit Cara Genetrix nostra *Adelhaida* Augusta, ut praedia quae piae memoriae genitor noster dotali munere proprium jus sibi transfudit, haec omnia per nostrae Confirmationis praeceptum confirmaremus in quibuscunque provincijs jacerent, cujus petitioni, ut dignum erat, assensum praebentes, omnia praedia, quae sibi dictus Genitor meus dedit in quibuscumque regionibus, adjacentia in *Elesazia* videlicet, *Francia*, *Turingia*, *Saxonia*, *Slavonia* et nos jure perhenni in proprium donavimus cum omnibus ad haec loca pertinentibus Castellis et curtibus, aedificijs, mancipijs, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, piscationibus, molendinis vijs et invijs, exitibus et reditibus, ut habeat potestatem tenendi, dandi commutandi, posteris relinquendi vel quicquid sibi libuerit, inde faciendi. Et ut haec nostrae donationis et Imperialis confirmationis auctoritas cunctis perpetualiter verior firmiorque credatur, hanc confirmationis chartam inscribi, anuloque nostro signatam propria manu firmavimus.

Signum Domini *Ottonis* invictissimi Imperatoris Augusti.

Folcmarus Cancellarius vice *Willigisi* Archicancellarij subscripsi. b)

Data VI. Idus junij anno Incarnationis DCCCC LXXV. Indictione secunda regni Domini *Ottonis XIIII.* imperij autem sexto. *Dornburg.* c)

a) Vid. *Schöpflini Alsat. Diplom. Tom. 1. pag. 126.*

b) Confer. *Annales Moguntini Diplomatici ad an. 975.*

c) *Dornburg*, *Tornburc* castellum ad Albim, cujus rudera prope civitatem *Barbij* vix hodiedum cerni queunt. vid. *Besselius Tom. 2. lib. 3. pag. 512.* Palatium in *Thorburc* an. 971. fatali incendio destructum fuisse testantur Annales Hildesheimenses apud *Leibniz Tom. 1. pag. 719.* Id vero brevi reparatum fuisse discimus ex hoc diplomate an. 975. ibidem dato.

CXIV.

DIPLOMA OTTONIS II. IMP.

pro Abbatia Ensidlensi sive *Meginrades cella* ubi Dominus *Eberhardus* heremita Ecclesiam a fundamentis aedificaverat et caetera aedificia monachis ad habitandum construxerat, cui prius praeerat beatae memoriae vir illustris *Eberhardus.*

Actum *Erinstein* 28. Decembris 975.

Ediderunt: *Hartmannus in Annalibus Heremi Deiparae pag.* 86.

Magerus Advocatiae Armatae cap. 5. *pag.* 154.

Hergott orig. Habsspurg. Tom. 2. *pag.* 87.

CXV.

CXV.

DIPLOMA OTTONIS II. IMP.

Confirmantis jura et privilegia Abbatiae Schutteranae.

Datum 30. Decembris 975. Ex apographo.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. *Otto* Divina favente Clementia imperator Auguſtus. Si loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ditamus et in eisdem locis ſibi famulantibus beneficia opportuna largimur, praemium nobis apud Deum aeternae remunerationis rependi confidimus, proinde omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum noverit induſtria, quia vir Venerabilis *Folkernus* Abba a) ex monaſterio *Offonis vilare* in pago Mortunaugenſe ſuper fluvium *Schuttera*, quod eſt conſtructum in honorem ſanctae Dei Genitricis ſemperque virginis *Mariae*, detulit obtutibus noſtris auctoritates immunitatum Domni et Genitoris noſtri *Ottonis* piae memoriae pijſſimi Imperatoris Auguſti, Coeterorumque praedeceſſorum noſtrorum Regum ſcilicet et Imperatorum, in quibus continebatur inſertum, qualiter ipſum monaſterium cum rebus et hominibus ſibi juſte ſubjectis ob amorem Dei, tranquillitatemque fratrum ibidem conſiſtentium ſub pleniſſima defenſione eorum et immunitatis tuitione haberetur, ſed pro rei totius firmitate cariſſima no-

ſtra contectalis *Theophana*, una cum fidelibus noſtris *Willigiſo* Moguntinae ſedis venerabili Archi-epiſcopo et *Erkanbaldo* Argentinae Civitatis venerando Epiſcopo nos poſtulavit, ut hujuscemodi noſtrae auctoritatis immunitatem erga ipſum monaſterium ob reverentiam ipſius ſancti loci hac noſtra renovaremus atque confirmaremus auctoritate, nos vero eorum petitioni pro Dei amore et noſtrae mercedis augmento libenter annuimus et dictum monaſterium ſicut ab Anteceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus privilegijs eſt munitum, noſtrae etiam auctoritatis praecepto munire et roborare decrevimus, fratribusque Deo ibidem ſervientibus inter ſe eligendi Abbatem, qui eidem Coenobio praeeſſe poſſit, ſicut beatae memoriae pijſſimus Genitor noſter eidem conceſſit, liberum quoque damus arbitrium, ut eo devotius in Dei ſervitio perſiſtant et pro Regij honoris ſtabilitate ac noſtra noſtrorumque fidelium ſalute eo quietius orare valeant. Et ut haec noſtrae confirmationis praeceptum firmum ſtabileque permaneat, manu noſtra illud ſubtus firmavimus, ſigillique noſtri impreſſione inſigniri praecepimus.

Signum Domini *Ottonis* inviсtiſſimi Imperatoris Auguſti.

Folcmarus Cancellarius ad vicem *Willigiſi* Archicapellani notavi. Data III. Cal. Januarij anno Dom. Incarnat. DCCCCLXXV. Indictione III. anno vero Regni Domini *Ottonis* XV. Imperij autem VII. Actum *Eriſtein*. b)

a) Idem *Folkernus* Abbas ad XIV. Kal. junij 1008. notatur in Necrologio Schutterano apud *Schannat in vindem. litter. Coll.* 1. *pag.* 19.

b) *Erstein* in Alsatia. *Schannat loc. cit.* male legit: *Datum Eschewe*, nam natale Domini in *Herestein* tunc celebrasse Imperatorem testatur *Annalista Saxo apud Eccardum in Corpore histor. med. aevi Tom.* 1. *pag.* 328.

CXVI.

DIPLOMA OTTONIS II. IMP. pro *Hiltebaldo* Curiensi Episcopo confirmantis Concambium quoddam ejusdem Ecclesiae de bonis Alsaticis. Datum die VIII. Januarij 976.

Ex antiquissimo Ecclesiae Curiensis *Urbario.* a)

In nomine sanctae et Individuae Trinitatis. *Otto* Divina favente Clementia Imperator Augustus. Noverint omnes fideles nostri praesentes scilicet ac futuri, qualiter Venerabilis *Hiltebaldus* Curiensis Ecclesiae Episcopus bonae memoriae Genitoris nostri obtulit praeceptum b) Supplicans a nobis id renovari, quomodo Antecessor ejus *Hartpertus* Venerabilis Episcopus suam precatus est Clementiam, ut quamdam proprietatem ad eandem Ecclesiam Curiensem pertinentem nomine *Chiriheim* cum basilica decimali et omni pertinentia legitima

in Ducatu Alamanniae in Comitatu *Neckergewe*, quam ipſe Genitor noſter cum manu praelibati praeſulis *Hartperti* in loco *Cloſheim* praeſentibus ſui colloquij quam plurimis, a Rege *Chuonrado* datis in Alſacia ejusdem Eccleſiae praedijs in legitimum Concambium recepit et utrique ſcripto eidem ſuo firmavit ob commodam ſibi utilitatem ſuae proprietatis commutatione juſta in jus regium ſuae ditionis reciperet, ipſe quoque Genitor noſter precatum praenominati Pontificis *Hartberti* congruum approbans, conſultu fidelium ſuorum eandem, quam ſibi in concambium exhibuit, praefatae Eccleſiae proprietatem ab ipſo recipiens, e contra in Comitatu Rhetiae in Vico *Curia* curtem ſuam regalem nominatam, quam comes ipſius loci *Adalbertus* in beneficium loci obtinuit, Vallem quoque *Pergalliae* cum diſtrictione * placiti et banni antea ad comitatum pertinentis . . . (*reliqua ut in Diplomate Ottonis I. an.* 960.) ad idem Epiſcopium in proprium tradidit, Inſuper etiam perdonavit ad praefatum Epiſcopium in locis montanis totum beneficium *Bernhardi* vaſalli praefati comitis et in *Reine* et *Pictaſo* eccleſiam . . . . piſcationem quoque in lacu *Rivano* . . . ſicut ad ſuam ſemper poteſtatem pertinebat, ea ſcilicet ratione, nos ejusdem venerabilis *Hiltibaldi* praeſulis aſſenſum praebentes petitionibus, praeceptum Genitoris noſtri praeſentatum renovavimus, quatenus jam dictus Epiſcopus *Hiltibaldus* omnesque inpoſterum ipſius Epiſcopij proviſores omnia praenominata . . . . in perpetuum, omnium contradictione poſtpoſita,

poſ-

poſſideant, et ut haec noſtrae renovationis autoritas firma ſtabiliſque permaneat, haec conſcribi, anuloque noſtro ſigillari juſſimus, manuque propria ſubtus firmavimus.

Signum Domni *Ottonis* ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Folcmarus Cancellarius vice *Willigiſi* Archi Cappellani notavi.

Data VI. Idus Januarij anno Dom. Incarnat. DCCCCLXXVI. Indictione IV. Anno vero regni Domni *Ottonis* XV. Imperij autem VIII. Actum *Eriſtein*. c)

a) Communicavit *D. de Joſt* id, ſed incorrectum. ex Tſchudij miſcellaneis Helveticis MSS. jam edidit *Schöpflin Alſat. Dipl. Tom. 1. pag. 128.* fragmentum ejusdem Diplomatis dedit *Tſchudius Galliae Comatae pag. 317. 329. et 331.*

b) Vid. ſupra diploma *Ottonis I.* Imp. ad an. 960.

c) Conf. *Tſchudi Galliae Comatae pag. 318.* et *Sprecher Palladis Rheticae lib. 3. pag. 111.*

CXVII.

DIPLOMA OTTONIS II. IMP.
quo *Berebgero* Abbati privilegia Abbatiae Murbacensis confirmat ad petitionem chariſſimae ſuae contectalis *Theophanu* Argentinae Civitatis *Erkanbaldo* venerando Epiſcopo Comite.

Actum *Beremata* 27. apr. 976.

Ediderunt: Ex autographo Capituli Equeſtris Gebvillerani *Lünig ſpicileg. Eccleſ. Contin.* 1. *p.* 961. et *Schoefflin Alſat. Diplom. Tom.* 1. *pag.* 129. ubi illius partem aeri inciſam Tab. 18. repraeſentat.

CXVIII.

DIPLOMA OTTONIS II. IMP.
quo ad petitionem *Erchenbaldi* Epiſcopi fiſcum Regium *Milcei* (hodie *Mittersheim* in Lotharingia) fratribus Eccleſiae cathedralis Argentinenſis tradit.

Datum 8. junij 976.

Ex autographo tabularij Capituli Majoris Eccleſiae Argentinenſis. a)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. *Otto* Divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si ſanctis et Deo dicatis locis aliquod ſubſidium ex noſtra largitate conferimus, non ſolum imperialem

lem in hoc decenter exercemus dignitatem, verum etiam aeternae remunerationis praemia inde nobis liquido provenire confidimus. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum industria, quia *Erchenbaldus* sanctae Argentinensis aecclesiae Venerabilis Episcopus nostram deprecatus est Celsitudinem, ut quendam fiscum nostrum, nomine *Milcei* ad aecclesiam sanctae *Mariae* in usus fratrum ibidem Deo famulantium cum omnibus illuc pertinentibus pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum jure perpetuo traderemus, statimque nos postulationes illius saluberrimas agnoscentes, decrevimus ita fieri. Concessimus itaque ad supra fatam aecclesiam fiscum nostrum praenominatum *Milcei* cum omnibus eo juste et legitime aspicientibus et Capellam unam cum omni decimatione ejusdem terrae, aedificijs, mancipijs utriusque sexus, terris, agris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, cultis et incultis, exitibus et reditibus, vijs et invijs, mobilibus et immobilibus ea videlicet ratione, ut deinceps ad luminaria facienda et usus fratrum ibi Deo famulantium jure pertineat perpetuo, nullusque Episcopus qui pro tempore constitutus ibi fuerit, potestatem habeat alienae quaelibet personae illud in beneficium dare, seu aliquid eis inde subtrahere, sed liceat eis easdem res secundum propriam voluntatem et utilitatem regere, ordinare et disponere, quatinus devotius pro nostra salute Dei clementiam exorare valeant. Ut autem haec auctoritas largitionis nostrae pleniorem in

 Dei

Dei nomine obtineat firmitatem et per futura tempora ab omnibus diligentius obſervetur, hoc idem praeceptum noſtra juſſione conſcriptum propria manu noſtra ſubter affirmavimus et ſigilli noſtri impreſſione aſſignari praecepimus.

Signum Domni *Ottonis* Imperatoris Auguſti. *Folchmarus* Cancellarius ad vicem *Willigiſi* Archicapellani recognovi.

Data VI. idus junij Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXVI. Anno regni Domni *Ottonis* XV. Imperij VIII. Actum *Ingilenheim* in Domino feliciter amen.

CXIX.

DIPLOMA OTTONIS II. IMP.

quo *Gerardo* Tullensi Episcopo et ejus Ecclesiae Abbatias sancti *Deodati* et *Mediani* monasterij concedit et restituit.

Datum *Spirae* an. 979. per interventum *Erchebaldi* Strasburgensis Episcopi et aliorum.

Edidit *Hugo* in *monumentis sacrae antiquitatis* Tom. 1. pag. 193. a)

a) Hanc chartam dubiam reddere nititur *Hugo l. c. pag.* 195. sed argumenta ejus pleraque infirma sunt et levia, dum inter alia capere non valet vocem *Strasburg* hic occurrentem, quam tamen in praecedentibus chartis observare jam potuisset.

CXX.

DIPLOMA OTTONIS II. IMP. pro monasterio Lebrahensi. Datum 15. Octobris, 980.

Ex autographo Abbatiae San-Dionysianae. a)

In nomine sanctae et Individuae Trinitatis. *Otto*, Divina dictante clementia Imperator Augustus. Cum decessorum nostrorum Imperatorum scilicet ac Regum apices venerandi Ecclesiarum Dei munitionibus creverint et augmentis, nostrumque imperium divino regiminis subsidio roboratum non solum pristino vigore in praesens usque floruerit, verum etiam Divino nutu succrescendo limites paternae Majestatis excesserit in eadem exequenda, quae nostrae sortis virorum honori profecerant, spes nos divinae consolationis ac patronatus accendit, nostri enim est officij ecclesias Dei, quibus divinae providentiae dictatu praesidemus, nostrae facultatis opibus summopere sublevare et ab incursantium violenta rapiditate, quantum Deus annuerit, emunire, pauperesque *Christi*, qui velut vites virtutum fructibus florent, ne tam in alto conamine, studio languente, deficiant ac fatiscant, ope consolationis debitae delinire et non tantum nostra ijsdem ecclesijs ditandis ac sublimandis pro spe futurae quietis apponere, verum etiam nostrae sortis illustrium virtute virorum beneficia

sub

ſub teſtimonio ſcripti annulique collata noſtrae Majeſtatis auctoritate renovare atque firmare. Hujus namque ordinis brevitate deſcriptionis expreſſi diligens obſervatio non ſolum temporalem felici rerum ſucceſſu diſtendit et effert vitam, ſed etiam largitur aeternam. Igitur noverit omnium Dei fidelium noſtrique pariter inſignis ac praeclara ſollertia, *Robtbertum* b) Abbatem venerandi monaſterij, quod beatae memoriae *Dagubertus* Francorum Rex in memoriam et honorem egregij *Chriſti* Martyris *Dionyſij* usque hodie ibidem corporaliter habiti pro ſpe futurae beatitatis extruxerat, noſtrae Majeſtatis adijſſe conſpectus obnixe deprecans de ſuae eccleſiae praedijs in noſtro jmperio ſitis praecepta quae anteceſſores noſtri *Hlotharius*, *Pippinus* magnique nominis *Karolus* Francorum quondam Reges alijque complures Eccleſiae praedictae contulerant, noſtrae auctoritatis edicto firmari. unde ne nos a praeſcripto noſtri ordinis officio vacantes, cujuscumque non ocioſa proclamatio reperiret, in dictu precatuque dilectae contectalis noſtrae *Theophanu* pias ejusdem Abbatis petitiones admittentes, villas quasdam, quas hactenus ſub noſtro jure tenuimus, *Walambrengam* ſcilicet in pago Moslicinſe ſitam, *Lecem* quoque in pago Hasbanico habitam atque *villare ſancti Dionyſij* Martyris praefati monaſterij uſibus priſtino jure tenendas cum omnibus appeditijs ſuis dimiſimus atque reliquimus, Inſuper praecepta Imperatorum ac Regum tam de Abbatia *Lepraham* dicta, quam *Fulradus* praelibati monaſterij quondam Abbas

cum

cum omnibus attinentijs suis pro remedio animae suae Deo sanctoque *Dionisio* contulerat, quam de reliquis praedijs in nostro imperio quocunque sitis, praesentis scripti auctoritate roborando firmavimus, legali districtione jubentes, ne publicus judex, exactor vel quaelibet judiciaria persona familias ejusdem Ecclesiae cujuscunque conditionis ab omni ministerio jmperatoriae vel Regiae Majestati debito prorsus absolutas, causis vel alijs quibuslibet modis inquietare, ullamve in his potestatem exercere praesumat, habito nostrae auctoritatis dono in haec tantum agenda eo quem Abbas praedicti monasterij constituerit advocato. Et ut nostrae donationis ac confirmationis haec edicta fixa in futurum permaneant, hanc cartam nostra jussione conscriptam atque signatam nostrae Majestatis subscripti theorematis connexione d) firmavit auctoritas.

Signum Domni *Ottonis* invictissimi Imperatoris Augusti.

Hildiboldus Cancellarius et Episcopus e) vice *Villigisi* Archicapellani notavi.

Data autem jdus Octobris anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXX. Indictione septima, anno vero Regni secundi *Ottonis* vigesimo, imperij autem tertio decimo. Actum *Brochsale* feliciter in Christo amen. f)

a) Ediderunt *Doublet antiquites de S. Denys liv. 3. p. 818. Felibien histoire de S. Denys preuves pag. LXXX.* et *Bou-*

Bouquet in scriptoribus rerum gallicarum Tom. 9. p. 394. sed non satis correcte. Ottoniani Diplomatis partem, id est, formulas chartae initiales et finales cum figura monogrammatis et sigilli, aeri incisam exhibent *Auctores gallici novae Diplomaticae Tom. 5. planche XCVI. pag. 738.*

b) De hoc *Roberto S. Dionysij* Abbate, hujus nominis secundo conf. *Felibien histoire de St. Denys liv. 2. pag. 111. et 112.*

d) Id est monogrammate sive Nomine characteribus majusculis artificiose dispersis expresso, ut explicant *Auctores Gallici novae Diplomaticae Tom. 5. pag. 17.*

e) *Hildiboldus* sive *Hildeboldus* fratris *Annonis* in sede Wormatiensi an. 979. successor sub *Ottone* secundo Cancellarij vices egit, ut testatur *Mallinkrot de Archi Cancellarijs pag. 303. Hildeboldi* acta enarrat *Schannat in historia Episcopatus Wormatiensis part. 3. pag. 327–329.* Idem in *Codice probationum dictae historiae num. 28. pag. 25.* refert *Ottonis* diploma de an. 979. in quo nominatur fidelis suus *Hildibaldus* videlicet Wormaciensis Ecclesiae Venerabilis Episcopus simul etiam suae Majestatis publicus Cancellarius.

f) Remanet magnum sigillum membranae adglutinatum ex cera rubra, in quo conspicitur Imperator semi-corpore coronam gestans radiantem pileo similem gemmisque ornatam, dextra Sceptrum tenet et sinistra globum cum cruce.

CXXI.

CXXI.

DIPLOMA OTTONIS II. REG.
quo *Erchembaldo* Episcopo Argentinensi tradit et confirmat Argentinensis civitatis Comitivam, quam eidem Ecclesiae concesserant praedecessores Imperatores et Reges.

Datum *Salernae VI.* januarij DCCCCLXXXII.

Ex Codice membranaceo tabularij Civitatis Argentinensis et ex libro Salico Majoris Capituli ibid. extat in *Tomo II. historiae Episcopor. Argentinens. Dissertat. VI. pag.* 40. *sq.*

CXXII.

DIPLOMA OTTONIS III. REG.

Concessum *Erchanbaldo* Argentinensi Episcopo, quo homines Argentinensis Ecclesiae ab omnibus vectigalibus immunes declarat. Datum 10. Nov. 984.

Ex apographo Tabularij Episcopalis Tabernensis.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Otto* Divina favente clementia Rex, Notum igitur esse volumus omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris, quia vir Venerabilis *Erchanbaldus* Argentinensis Ecclesiae Episcopus adiens culminis nostri serenitatem obtutibus nostris quam plurimas praeceptionum auctoritates Imperatorum etiam ac Regum a) pia concessione suae Ecclesiae collatas, in quibus continebatur, quod ijdem Antecessores nostri pro emolumento animarum suarum, statuque regnorum eidem Strazburgensi concessissent (etc. *ut in diplomate Ottonis II. Imp. an.* 974.). Et ut haec authoritas inviolabilem et inconvulsam obtineat firmitatem, hanc chartam scribi jussimus et sigilli nostri impressione signatam manu propria subterfirmavimus. Signum Domini *Ottonis* gloriosissimi Regis. *Hildibaldus* Episcopus et Cancellarius vice *Willigisi* Archiepiscopi recognovi, b) Data IV. Idus Novembris anno Dominice Incarna-

na-

nationis DCCCCLXXXIV. Indictione XII. anno vero regni tertij *Ottonis* primo. Actum *Moguntiae* in Dei nomine feliciter amen.

a) Diplomata nempe *Caroli* Magni an. 775. *Ludovici* Pij an. 831. *Lotharij* an. 840. *Ludovici Germanici* an. 873. *Ludovici Infantis* an. 904. *Ottonis I.* an. 953. et *Ottonis II.* an. 974.

b) *Willigisus* munus Archi Cancellariatus sub *Ottone II.* administraverat, id continuando per integrum *Ottonis III.* regimen. *Hildebaldus* quoque Episcopus Wormatiensis sicut sub *Ottone II.* habuerat Officium Cancellarij, sic et habuit sub filio *Ottone III. Mallinkrot de Archi Cancellarijs pag. 304.*

XV.



ad XVI.



XVIII

